

ferti potest. & inquit, turis esse relinquere Pōtifici suorum verborum declarationem. Verum loc. cit. ostendimus hanc interpretationem fuisse ab eodem Pōtifice datam vivo vocis oraculo, cum enim interrogatus esset, an moribundus, qui ante Sacerdotis adventum signa contritionis ostendit, si deinde obmuit, debeat ne a Sacerdote postea præterea sacramentaliter absolvi, respondit debere, nec talem casum suo decreto comprehendisse, & ita respondisse testantur Pontifices Cardinalis Bellarminus, & Archiepiscopus Archanus anno 1608, die 16. Aprilis, quod & postea confirmavit Rituale Romano iussu Pauli V. editum pag. 47. affirmans posse, ac debere absolvi qui per alios desiderium confitendi ostendit; In his autem casibus confessio in firmi sit in absentia Sacerdotis, & perinde est ac si infirmus peccata sua confessus esset per scripturam, vel nunciū, nam vis nunciū desiderium infirmi refertur in presentia, vel absentia ipsius iam in phrenesim versi, nihil refert, semper enim confessio eius in his casibus censetur fieri in absentia Sacerdotis, cum immediate non fiat a penitente Sacerdote presenti, ut bene Arnicus adverteit disp. 11. sect. 4. num. 61.

QUESTIO DECIMA OCTAVA.

De Integritate Confessionis Sacramentis.

475 Inter ceteras Confessionis conditiones juxta communem omnium sensum præcipua est ejus integritas, & qua majori alio expōit discussione; in tribus autem consistit Confessionis integritas. Primo ut penitens confiteatur omnia peccata mortalia a se commissa, ita Trident. sess. 14. c. 5. quod & 2. neta docuerat Scoti d. 17. q. unic. sub M. ubi ait, penitentem teneri, & debere confiteri peccatum mortale, nam per veniale nullus periclitatur extrā Navem Ecclesie, quia peccatum veniale stat cum perfecta charitate, que est navis salvans, & ideo ex prima institutione penitentis, ut secunda tabula, non oportet, aliquid ad ipsam confutgere pro remedio contra peccatum veniale, sed tantum contra mortale; Imò inferius postquam docuerat peccata venialia esse materia sufficiens, licet non necessarium hujus sacramenti, ideoque hominem posse veniale confiteri, & hanc Confessionem esse verum penitentiam sacram. movens postea dubium sub R. an obligatus confiteri semel in anno, si urgente Ecclesie præcepto, non habeat, nisi venialia tantum, teneatur ad confessionem illorum pro observantia præcepti, respondet non teneri dicens, quantum capio ex statutis Ecclesie generalibus, nullus teneatur ad confessionem venialium in quocumque casu, neque in hoc Ecclesia specificavit præceptum de confessione, & obijciens sibi, quomodo in eo anno poterit Pastor ovīs sua vultum cognoscere, respondet tunc sufficere, si suo sacerdoti dicat, Domine regratior Deo, quia ex quo sui ultimo confessus, non habeo conscientiam de peccato mortali, & de mihi Eucharistiam; Et hoc etiam docuit Trident. loc. cit. dum inquit, venialia defendenda esse ad Sacerdotes, Judices, & Christi Vicarios; venialia vero quamquam utiliter deserantur, posse sine culpa taceri, & aliis modis remitti, supra declaratum est q. 12. art. 1. pagendo de hujus sacramenti materia. Omnia itaque mortalia penitens confiteri teneatur a se commissa, etiam si aliqua peccata mortalia inveniantur antea remissa, non tamen confessi, ut potest remissa per actum perfectæ contritionis, aut per aliam confessionem indirecte, in qua ex oblivione inculpabili ommissa fuerit, & ratio est, quia illa remissa non fuerunt virtute contritionis, vel præcedentis confessionis indirecte, nisi in voto confessionis de illis faciendæ.

476 Secundo ad integritatem Confessionis requiritur, ut omnia mortalia confiteatur, tam quoad speciem, quam quoad numerum eorum in eadem specie, necesse autem est confiteri species omnes peccatorum mortales, non vero phycas, quando mortale non mutatur, videlicet quod occisio facta sit gladio, vel veneno, & ratio est, quia non cognita specie peccatorum, non potest a iudice hujus fori causæ gravitas dignosci, nec debita penitentiā pro gravitate peccatorum imponi; Non obstat, quod rudes, & idiotæ ignorent speciem peccati diversitatem, quia in tali casu satisfaciens, si factum narrat. Numerus etiam peccatorum esse necessarium in confessione exprimitur dicendo, si quis fornicatus sum, furatus, vel mentitus, quod si certus numerus non occurrat, debet exprimere verum simile dicitur, se decies, vel centies aut circiter mentitum esse; Habetur autem hoc in Concil. Flor. sess. ult. de hoc sacram. & in Trident. loc. cit. sess. 14. c. 5. can. dum dicunt, necessarium esse confiteri omnia, & singula peccata mortalia, nempe de jure ipso divino, qui loquendi modus plane denotat, non solum varias species, sed & cuncta peccata sub quolibet specie; Qui ergo determinat recordatur de numero suorum peccatorum, debent absolute dicere, toties mentitus, vel fornicatus sum, & sic de singulis peccatis mortalibus; Qui vero non determinat, & præcisè de certo numero suorum mortalium peccatorum recordatur, debet dicere circiter, sive inter plus, & minus, quia plerumque præsertim in longioris temporis confessione, impossibile est exacte numerum peccatorum exprimere, & ad impossibile nemo tenetur; quare satisfaciens dicendo, quantum post mortalem diligentiam in memoriam recurat. Quod si neque hoc

modo aliquid verisimile dicere confidit ob memoriam labilitatem, peccandi frequentiam, aut temporis longitudo, ut cōtingit de meretrice multorum annorum, si atio vitam fornicariam agente, vel viro pluribus annis concubinam habente, & similibus; debet saltem dicere tempus, quo in tali statu permansit, quantum sibi videatur, exprimitur consuetudinem, & frequentiam peccandi, ut toties in die, vel in hebdomada, vel in mense; Et in confessione meretricis ultra tempus, vel biennium, aut decennium meretricis, & frequentiam, ut toties in die, hebdomada, vel mense, debet exprimi certum specierum numerum, ut si peccavit cum viris conjugatis, cum Religiosis, vel ordinatis in sacris, si peccato contra naturam, hæc enim peccata distinctam habent speciem malitiæ, & facilius numerari possunt, quia non solent esse ita frequentia; Hæc est communior Theologorum sententia in explicatione peccatorum faciendæ in confessione quoad numerum, & species eorum, qui etiam dicunt, confitenda esse peccata dubia, quia in dubiis totius pars est tenenda, ut videtur apud Arnetum d. 17. q. unic. art. 11.

477 Tertio tandem penitens explicare debet non tantum omnia peccata mortalia modo jam dicto, sed etiam omnes circumstantias speciem peccati mutantes; ita Concil. Trident. loc. cit. ubi notandum, quod circumstantia peccati est conditio non pertinet ad substantiam actus, sed aliquo modo ipsum attingens, & circumstantiam dicitur esse circumstantia, & constituit speciem actus, & solum dicitur circumstantia respectu alterius speciei, quam in eodem actu præsupponit, ut quando quis in loco sacro furatur, locus facit respectu furti esse quidem circumstantia, quia illud præsupponit in actu per ablationem rei alienæ, respectu sacrilegii non est circumstantia, sed obiectum, quia illud primo constituit, septem vero circumstantia numerari solent. Quis, Quid, Ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando; Harum autem quædam mutant speciem peccati, vel de veniali in mortale, vel de una specie in aliam, ut furari in loco sacro, fornicari cum conjugata, conjugata, moniali, tunc enim fornicatio mutatur in adulterium, vel incestum, vel sacrilegium, & hæc debent necessario confiteri ex Conc. cit. Quædam vero non mutant speciem, sed tamen aggravant, aut minuunt peccatum intra eandem speciem, ut sunt quantitas, conatus, intentio, malicia, ignorantia, passio, &c. gravitas scilicet peccatum est intra eandem speciem, quod fit majori conatu, quam quod minor, item quod est malitia, quod fit ignorantia, vel passione, & gravius demum est furtum mille aureorum notabiliter furto decem, vel unius aurei, & de his circumstantiis notabiliter aggravantibus intra eandem speciem est controversia inter Doctores, an sint necessario confitendæ, ut postea dicemus. Quædam tandem circumstantia nec speciem mutant, nec notabiliter aggravant, ut in inimicum occidi terro, vel ligno, & tales certum est apud omnes, non esse necessario confitendas, sed tantum speciem mutantes, vel etiam notabiliter aggravantes intra eandem speciem juxta multorum opinionem.

478 Ad hæc autem confessionis integritatem assequendam certum est, præsupponi debere diligens conscientie examen, quia eo ipso, quod confessio integra omnium mortalium est sub præcepto, sub eodem quoque præcepto cadit discussio, & examen ad conscientiam, que abiq; prædicto examine integre fieri debet, mortaliter loquendo, & ideo Trident. loc. cit. inquit, oportere a penitentibus omnia peccata mortalia, quorum possit diligens discussionem conscientiam habere, in confessione recitari. Et quamvis non possit assignari certa aliqua regula ad diligendum, quando examen fit sufficiens, Scotus noster, quem postea Recentiores omnes sunt secuti, ad tollendum scrupulos disp. 17. q. 1. art. 2. inquit, necessarium esse præmittere diligenter inquisitionem, secundum possibilitatem fragilitatis humanæ, quod ita declarat, ut homo adhibere debeat certam diligentiam in sue conscientie examine, quantum adhiberet certam aliquod arduum negotium, quod sibi multum esset cordis, ut si vellet uxorem ducere, vel in Principem alloqui in causa amissionis magnæ partis bonorum, talis inquam ac tanta diligentia sufficit, etiam si alioquin præsumi possit, quod per exquisitam diligentiam, & sibi majorem plura adhuc peccata in mentem venirent; Unde nec sufficit nimis levi, que apta non sit peccata in memoriam revocare, nec nimis exquisita requiritur, qualis maxima sollicitudine adhiberi possit, sed ad tollendum scrupulos conveniens, & medicos diligentiā adhibere debet, quanta prudentis viri arbitrio sufficiens videatur, & ut inquit Doctor, quanta in rebus gravibus & viris cordatis adhiberi solet, & hæc pro vario peronalium statu, & propriitate temporis ab alia confessione sapienti inæquale esse debet, & major requiritur in uno, quam in alio, ubi certa regula & mensura taxari non potest, nisi prout in singulis prudentia ipsa dicitur, non enim rudes, aut tam exactum examen sunt obligandi, sed Confessarii industria adjuvari debent, ita tamen ut aliquam saltem diligentiam juxta suam capacitatem præstent, & hæc Scoti doctrina passim a Summis recipitur, & approbatur; Verum quia in hac materia de integritate confessionis aliqua occurrunt Difficultates, in quarum solutione Theologi non conveniunt, eas separatim, & per sequentes articulos discutiamus.

ARTI-

ARTICULUS PRIMUS.

An ad integritatem Confessionis circumstantia notabiliter aggravantes sint necessario explicanda.

479 Circumstantias, que in actibus humanas additæ eos trahunt in aliam speciem motalem ab ea, quam ex se habent, apertendas in confessione, quod indubitanter fatuimus ex Trident. citato, quod etiam ante a Scodocuerat disp. 17. cit. q. unic. art. 2. N. dum inquit, eas circumstantias notabiliter aggravantes esse necessario confitendas, que speciali prohibitione prohibentur, v. gallem accipere est illicitum, sed speciali prohibitione prohibetur accipi de loco sacro, & ideo speciale peccatum, scilicet, sacrilegium per hæc circumstantias constituitur. Regula autem ad distinguendas circumstantias, que speciem mutant, vel solam intra eandem speciem aggravant, hæc est, si illa circumstantia facta sit a se, & se pertineat ad aliud vitium, & sit contra aliam virtutem, mutet speciem; si vero non faciat, ut sit contra aliam virtutem, sit ad aliud vitium pertineat, non mutat, sed aggravat intra eandem speciem. Restat ergo questio, & quidem celeberrima discutienda de circumstantiis, que aggravant notabiliter quidem secundum prudentem estimationem, sed non transeunt in aliam speciem. Dixi autem notabiliter aggravantes, quia certum est apud omnes, circumstantias parvi aggravantes non esse necessario explicandas, ut patet ex praxi penitentium, & Confessoriorum, nempe illi eas memorant, nequæ ibi illæ exquiruntur; Certum est etiam apud omnes ex altera parte, circumstantias aggravantes in infinitum id est, quod peccatum est veniale facit mortale, esse explicandas, licet enim huiusmodi actus remaneat in eadē specie, que ex obiecto petitur, in ratione tamen propria peccati, & offensa diving divinitus acquirat etiam plura quædam specificam, sicut ipsi, v. g. furtori pauperi acum, quo vitium sibi, ac familiæ parabat, tenens hæc constituit circumstantiam, que furtum tuum alioquin veniale ex genere suo facit mortale; Ob eandem rationem circumstantia minuens in infinitum, hoc est, de mortali faciens veniale, non apertenda; Admissi v. g. cogitatio de fornicatione, sed absque plena deliberatione, tenens explicare deliberationem imperfectam, que a mortali excusat, Questio igitur est de circumstantiis in eadem specie, & intra eandem gradum peccati mortalibus, & quidem notabiliter, seu multum aggravantibus.

In hac questione duæ sunt sententiæ extreme. Prima affirmat huiusmodi circumstantias esse necessario confitendas, ita Alesius, Alcius, Rodenas, Maior, Marfil, Suar, Conine, Nugnos, Sanc. Fab. Gaudet, Haurig, Amicus, & alii Receptores, & ex nostris Hiquet, Fab. Aret, & alii, quorum aliqui hæc sententiam vocant communem, aliqui certam, Secunda sententia negat, ita D. Thomas D. Bonaventura, Albertus Magnus, Durandus, ex Recentioribus vero Vafp, Valentia, Lugus, Becan, Pefanrius, Reginaldus, Diana, Bonac, Casp. Aversa, & ex nostris Poncius, Hiriartnes, & Branc. in hoc autem divisi sunt Scot, quia Sc. noster d. 17. cit. sub N. docet dari etiam circumstantias quædam non mutantes speciem, de quibus inquit, non est ita certum, quod eas oportet confiteri, hæc turtius, & ut illi fateatur eas confiteri, quod nemo negat, sed, ut sententia probabiliter est, & in praxi tuta, tum ob insignium Doct. auctoritatem, tum ob rationum momenta; nihilominus quia Doct. nobis liberatæ reliquit hæc, vel illam tuendi, & quia secunda etiam speculative fortioribus videtur nisi fundamētis, ideo cum ea asserendum arbitror, circumstantias etiam notabiliter peccatum aggravantes intra eandem speciem non esse per se loquendo ex obligatione explicandas ad confessionis integritatem servandam; Dixi per se loquendo, quia per accidens interdum potest esse obligatio eas manifestandi, nempe si propter talem circumstantiam peccatum habeat restitutionem, vel censuram annexam, in quo casu hinc obligatio aliunde oritur, non autem ex hoc capite præcisè, quia circumstantia est notabiliter aggravans.

481 Præmo autem probatur satis evidenti, & efficacia ratione, quia non est imponenda obligatio, & quidem tam onerosa, qualis istamini consistit de lege, sive præcepto eam imponente; sed de hoc non constat, ergo &c. maior est certus, non enim lex obligat, nisi promulgata, imò in dubio legis late lex non obligat, est enim faciendæ interpretatio contra eam, qui ius clarum de iure potuit, sed non dixit; Minor probatur, quia neque ex Scriptura, neque ex sensu Ecclesie, cuius est ius divinum interpretari, colligitur huiusmodi præceptum, & quidem Concil. Trident. loc. cit. ubi exactè huiusmodi confessionem limitant, non meminit harum circumstantiarum, sed obligationem limitant, & restringunt harum circumstantiarum, & circumstantias speciem mutantes atque adeo tacite excludit eas, circumstantias, que non mutant speciem, quales sunt aggravantes, in doctrinalibus autem, sive dogmaticis limitatio doctrinæ, & restrictio ad unam partem excludit aliam, sic in sacramento Eucharistie, cum eius materia determinatur panis triticus, eo ipso excluditur quicumque panis ex alio grano confectus.

482 Resp. Adversarii, Concilium definire ea tantum, quæ certa

sunt, ut moris est, reliqua vero sub inquisitione Doctorem reliquit, sequibus præiudicare Concilia non solent, atque ideo hæc ratione Concilium ab hac disputatione abstinuit, eius doctrinam Theologus relinquit, sed hoc subterfugium per altam doctrinam omnino præcluditur, expresse enim Concilium inquit, nihil aliud in Ecclesia a penitentibus exigat, quam ut post diligens conscientie examen ea peccata confiteantur, que in memoria veniunt quoad species, & circumstantias speciem mutatas in doctrinalibus, ubi præscribuntur ea que necessaria sunt, ea que prætermittuntur, tunc diei videtur, non esse necessaria; cum igitur Concilium agens de circumstantiis dicat, esse præceptum confitendi illas, quæ speciem mutant, & de aggravantibus taceat, utique virtute negat, tale præceptum ad eas extendi, cum enim dicat, Nihil aliud a penitentibus in Ecclesia exigatur, ergo nil aliud est sub præcepto, nisi quod ibi ponitur.

483 Confirmatur, quia si esset necessaria confessio etiam quoad huiusmodi circumstantias, sicut sonantibus verbis declaravit, non sufficere confessionem in generali dicendo peccavi, sed omnia peccata confitendi esse secundum speciem, & numerum post diligens conscientie examen menti occurrantia, & eorum circumstantias speciem mutantes, ita pariter dixisset de aggravantibus intra eandem speciem, cum ergo ad solas circumstantias speciem mutantes se restringat, & dicit aliud ab Ecclesia non exigat, sequitur evidenter, illarum confessionem sub præcepto non cadere. Per quam doctrinam etiam aliorum responso relictum, qui dicunt, argumentum adductum ab auctoritate negativa desumitur, quod dicitur non valere; Cum enim Concilium ibi deseribat, & diligenter enumeret, que ad necessitatem, & obligationem confessionis spectant, argumentum inde desumptum non tantum censeri debet ab auctoritate negativa, sed etiam positiva, quia in doctrinalibus, ut dictum est, quando ea recenseretur, que necessaria sunt, si alia prætermittantur, eo ipso declarantur non esse necessaria.

Præterea probatur nostra assertio, quia hoc sacram. institutum est ad peccatorum remissionem; ergo ex vi institutionis illius omne illud, & solum est confitendum, & in confessione explicandum, quod habet rationem peccati, sed ratio peccati non importat, nisi speciem, & numerum; ergo hæc sola sunt explicanda; Maior est certum, probatur minor, quia etiam cetera omnia sufficienter explicantur quoad essentiam, si afferantur species, in qua habetur genus, & differentia, quoad quantitatem vero, si afferatur numerus, si enim alia adnectantur, sunt extra essentiam, & non mutant numerum, vel in dividuationem, licet aliquo modo ad illam spectent.

Confirmatur, quia circumstantia non mutans speciem non facit novum peccatum, etiam si illud intra eandem speciem notabiliter aggravat, ob id enim non ponunt malitiam novam nec peccatum, nec numerum, ergo non sunt necessario confitendæ; Consequenter patet, ideo enim aliquis actus est confitendus, quia habet malitiam peccati, & ideo duo actus sunt confitendæ, quia sunt duo peccata, unum scilicet enim loquendo, quod malitia multiplicatur, confitenda sunt peccata multiplicata, & si non multiplicatur malitia specificè, vel numericè, etiam si augetur intra eandem speciem, & numerum non est nova malitia confitenda. Alias rationes adducit Lug. disp. 16. sect. 3. quibus etiam communitur alii Auctores utuntur ab inveniendis deductas, ut v. g. quod si esset necessitas confitendi circumstantias aggravantes in eadem specie, esset etiam necessitas confitendi alleviantes quantitatem detractivas, Intentionem ac durationem peccati, sed quia illi concedunt sequelam, & negant sequelam, hæc rationes nullas faciunt, ut minoris momenti, sufficienter enim manet probata conclusio per adductas.

484 In oppositum Præmo obijciunt, quod Trident. loc. cit. eam postulat Confessionis integritatem, qua Confessarius probe novit causam, ut quis iniungat penitentias; sed sine circumstantiis aggravantibus talis causa, & facti cognitio haberi non potest; ergo hæc quoque sunt explicanda.

Confirmatur, quia hæc etiam ante Conc. Trid. traditum fuerat cap. Confiteatur de penitentibus disp. 5. ubi plures non manent circumstantia in Confessione explicandas, solum aggravantes. Tandem Concil. Vormacense Can. 25. statuit penitentibus secundum differentiam peccatorum penitentiam esse detinendam.

Responsum argumentum valet, probare etiam circumstantias non notabiliter aggravantes esse necessario confitendas, quod nec ipse Adversarius concedunt, imò etiam notabiliter alleviantes; sicut enim dicunt, aggravantes esse necessario confitendas, ut Confessarius probe causam novit, & equam iniungat penitentiam, & non illa gravitas Confessarium lateat, est plane ob eandem rationem notabiliter minuens explicari debent, ac plus obicit Confessarius, quam quod factum est, quod licet aliqui ex Adversariis concedant, etiam tamen omnino falsi, & contra communem usum fidelium, quia hoc sacramentum non est ad se excludendum, sed ad se accusandum, manifestatio autem calum circumstantiarum notabiliter minuendum videtur non accusatio, sed excusatio, quam potest cui laude, & merito omittere penitens; Itaque ad argumentum negandæ est minor, & dicendum est sufficere illud Sacerdotis iudicium, in quo species peccatorum, & eorum numerum, & circumstantias

Et 3 speciem

specie mutant cognoscatur, & ad condignitatem penitentia, & culpe sufficere, quod penitentia respondeat dignitati culpe, secundum suam naturam specificam spectare; Neque Ecclesia voluit obligare ad excusum iudicium, quod cognoscatur circumstantia aggravantes, impossibile est enim moraliter loquendo, & omnes tales circumstantias cognoscere, & explicare, nequeque est penitentiam respondere peccati, sed iustitiam condignitatis culpe secundum omnes circumstantias aggravantes non enim est tanto rigore hoc sacramentum est institutum.

Ad Confirmationem communis est solutio, quod multa antiquitas in primitiva Ecclesia servabatur ex fervore, & consilio, ad quod non tenebantur ex precepto, ut patet ex penitentia, quae his imponebatur, qui die dominico uxorem cognovissent. Ad ultimum, Concilium illud potius nobis faveret, nam illa verba satis innuunt de circumstantiis, speciem mutantibus locutum fuisse, non de aliis.

487. Secundum arguitur, quia de facto sunt aliqua peccata, quae non differunt specie, sed solum secundum magis, & minus intra eandem speciem, ac proinde non nisi secundum circumstantias aggravantes, vel minuantes, quae tamen ex obligatione sunt explicanda, ergo &c. probatur antecedens, primo in gradibus cognationis, vel affinitatis, quatenus sunt circumstantia incestus, copula enim cum Matre, vel cum Sorore, vel affine non differunt specie, & tamen debet explicari non nisi quia est circumstantia aggravans; Deinde quia unico actu plures occidit homines, vel plures concupiscit feminas, debet explicari hanc circumstantiam pluralitatis non nisi quia aggravat. Tandem qui infamat alium, falsam dicendo, aut defectum verum, sed occultum publicando, id teneatur explicare, & tamen in ratione iniustitiae, & peccati mortalis illa tantum differunt in gravitate intra eandem speciem, item frangere ieiunium comedendo carnes eiusdem speciei est cum illo peccato, quod committitur comedendo sepe eodem die ex piscibus, & tamen sine dubio illa circumstantia de carnis comestione est explicanda, ergo &c.

Respondetur negando antecedens. Ad primam probationem negatur assumptum, probabilior enim est opinio asserens, diversitatem graduum cognationis variare species incestus, & sub eodem genere incestus plures esse species, diversis enim preceptis, ac prohibitionibus subiacent, ut suo loco dicitur. Ad secundam probationem conceditur, explicandam esse illam pluralitatem obiecti, non quidem tantum circumstantiam aggravantem praesens, sed ut numerum peccatorum, nam de numero peccatorum explicando extat praecipuum non vero de gravitate accidentali, & id, quod formaliter ad confessionem spectat, est ipsa malitia homicidii, quae multiplex est, quamvis in uno actu materialis, qui autem dicitur homicidium committi, fornicationem desiderari, talem pluralitatem, & numerum peccatorum non explicat, committitur enim ex illo loquendi modo concipimus homicidium unum tantum, & fornicationem unum tantum, itaque circumstantia de numero peccatorum est necessario confitenda, quia non tam est circumstantia peccati, quam eius multiplicatio, ad notat Navarrus in Summa c. i. n. 2. unde frustra ex hoc capite Aversarii probare contendunt, circumstantiam intra eandem speciem notabiliter aggravantem esse in confessione explicandam. Ad tertiam probationem dicendum, praedicta peccata, tanquam diversa, vel specie, vel saltem numero esse necessario exprimentia in confessione, non vero quia constituant circumstantias solum aggravantes, sunt inquam, peccata diversa, quia contra distincta praeccepta, ut enim Diana notat cum aliis Summis, praecceptum abstinendi a carnibus, & ieiunandi sunt distincta, & quamvis praecceptum de abstinencia carnis includatur in praeccepto ieiunii, praecceptum tamen de non edendis carnibus non includit praecceptum ieiunii, nam pueri an eamquam 21. non tenentur ad ieiunium, tenentur tamen a carnibus abstinere.

486. Tertio arguitur, quia si penitens has taceat circumstantias, & peccatum suum tantum habere gravitatem, dimidiat confessionem illius, nec illud integre confitetur, nam cum duplex sit modus peccandi, unus ordinarius, & communis, alter extraordinarius, & cum peculiari deformitate in illo genere, quando penitens simpliciter modo confitetur peccatum suum, Confessor nec potest, nec debet intelligere, eum aliter peccasse, quam ordinario modo, alias faceret ei iniuriam, si temere iudicaret, aut suspicaret extraordinariam peccati gravitatem, ergo qui has circumstantias taceat, illas ad iudicium, & notitia Confessoris excludit.

Conf. quia potest peccatum aliquod esse ita intentum in genere aliquo, ut aequivaleret duobus illius generis, ergo saltem illa circumstantia est manifestanda, probatur assumptum, non minus peccat, qui per horam continuat, voluntatem homicidii, & furti, quam ille qui per, vel quater peccat intra eandem horam, sed hic tenetur perdere numerum peccatorum, ergo & ille alter continuationem illius horae in eadem culpa. Tandem ille, qui unico actu mille autures furatur, ergo graviter laederet iustitiam, & proximum, ac ille qui decem vicibus depravaretur, sed hic propalare tenetur, quod decem commisit furta, ergo &c.

483. Respondeo negando assumptum, quia penitens non tenetur fateri circumstantias aggravantes ad hoc, ut confessio sit integra, nisi aliquando per accidens, ut supra dictum est, tamen reservationis, vel excommunicationis annexae, ob obligationem restituendi

tenebitur quantitatem furti explicare. Ad Confirmationem potest concedi assumptum in genere physico, non tamen in genere moris, quia licet quoad gradus, & partes aequalia essent, non tamen ita res se habet in foro penitentiali, in quo non attenditur intentio, vel duratio actus peccati, sed species, & materia, sed obiectum habet, vel illa prohibitio veritum, ac etiam nam merus, & multiplicatio peccatorum, nam de numero peccatorum exprimentum extat praecipuum, non vero de gravitate accidentalis; Et quidem est instantia manifesta, nam etiam peccatum unius horae, imo & unius quadrantis aequaliter pluribus, habet enim quoad duratio est divisibile in plures partes, in quorum singulis parte morose, v. g. delectari mortaliter. Ad ultimum patet per idem, nam qui decem furta commisit diversis vicibus tenetur illa distincte manifestare, ob urgent praecipuum de explicando numero peccatorum, qui vero unico actu mille furatus est per se, & ex vi integritatis confessionis solum tenetur explicare, furatum esse quantitatem notabilem, quae sufficit ad mortale, per accidens tamen tenetur etiam ad totam quantitatem explicandam, ob praecipuum de restituendo faciendum, in quo casu iam obligatio aliunde oritur, non autem ex hoc capite praesens, quod quantitas sit circumstantia notabiliter aggravans.

485. Quarto tandem arguitur ex absurditate, nam ex nostra sententia sequeretur, non posse ad Ecclesiam imponi reservationem, vel censuram ad peccata aliquibus ratione circumstantiae aggravantis, vel censuram ad peccata non esse necessarium, reservationem, & censuram huiusmodi circumstantias annexae aperire, qui censura per noscitur esse circumstantia in tali casu, cuius confessio non est necessaria, sed hoc est falsum, quia Ecclesia interdum reservat peccatum alicuius speciei, habens circumstantiam aggravantem, & non sine illa, quia in tali casu necesse est confiteri ob talem reservationem, quae quidem in reservatione, vel censura est effectus, est per omnes necessarios confitendum. Cum igitur Ecclesia non reservet, nisi ea, quae sunt de necessitate confessionis, ergo talis circumstantia aggravans, etiam ut praesens, in reservatione, pro palanda est, & per consequens idem iudicium de aliis ferendum est. Deinde sequeretur posse penitentem citra culpam in confessione mentiri, vel occultare maiorem gravitatem, ut si dicit, furatus sum quinquaginta aureos, cum centum furatus fuerit, non enim est circumstantia necessaria confitenda; vel certe penitens posset eludere Confessarium de huiusmodi circumstantiis interrogantem, quae non tenetur exprimeret. Demum sequeretur, neque actum externum peccati esse necessario explicandum, malitia enim formalis peccati in actu interno voluntatis consistit, cui actus ex terna executione novam malitiam non addit.

489. Respondeo negando consequentiam, & ad eius probationem negatur, Ecclesia non reservat, nisi ea, quae sunt de necessitate confessionis, quia sub censura prohibere etiam potest actus indifferentes ad naturam comman Clerico, habitare cum muliere in eadem domo, & similia, quae de se mala non sunt, nec necessario confitenda; non igitur ex accessu censura ad circumstantias speciem non mutantem bene concluditur necessitas confessionis, eadem per se, sed tantum per accidentationem, scilicet reservationem, vel censuram annexam, & in tali casu circumstantia, super quam cadit censura, non tantum est aggravans intra eandem speciem, sed etiam specialiter prohibita.

Ad secundum negatur etiam consequentia, quia furatus centum aureos tenetur totum numerum confiteri, non quidem per se, sed per accidens ob obligationem, scilicet, restitutionis annexam, quae etiam praescedendo nunquam licet penitentem mentiri, vel maiorem occultare quantitatem in his circumstantiis citra culpam, non quia has circumstantias taceat, sed quia non confitetur peccatum, quod fecit, sed aliud, quod non fecit, vel certe non explicat totum peccatum, quod fecit, sed partem tantum, quod est aliud peccatum, non quidem specie, sed numero diversum; quamvis enim non tenetur per se loqui, & praescedendo ob obligationem restitutionis individuae peccatum commissum, & determinare quantitatem secundum omnes partes, tenetur tamen saltem non supponere unum pro alio, & non subtrahere omnem partem, sed omnes aliquo modo saltem indistincto comprehendere dicens, v. g. furatus sum in quantitate notabili, quod procedit, licet pars omnia non sit notabiliter aggravans, proinde qui furatus est centum aureos, non satisficit, si dicit, furatus sum nonaginta quinque, qui concupiscit feminam per horam, non satisficit, si dicit, concupiscit per tres quadrantes, qui occidit gladio inimicum, non satisficit, si dicit, vulneravi, sic enim hi non confitentur peccatum suum, sed aliud, vel certe non totum, sed partem solum confitentur. An vero penitens tenetur has circumstantias manifestare, si Confessor interrogator, affirmat Cardinalis de Lago, cum quibusdam aliis; Negant alii ad hoc tenentur, sed aliud sufficere, quod dicit, furatus sum quantitatem notabilem, movens tamen peccatum commissum, si concupiscit feminam, tenetur restituere peccatum commissum, vel excommunicationis annexae, aut restitutionis tenetur penitens has aperire circumstantias, si non interrogatur, & tanto magis si interrogatur a Confessario, exta vero hoc casus non tenetur has confiteri circumstantias, quoniam non voluntas, nec etiam mentiri licet, & confessarium eludere, sed candidè dicere debent, non tenentur ad hoc confitendum, imponere tamen penitentiam conformem peccato mortali tali speciei.

Ad

Ad ultimum negatur actum externum esse circumstantiam actus interni, imo est pars materialis eiusdem peccati, in quo consummatur voluntas interior, & addit novam malitiam actui interno non distinctam, ita ut ex utroque actu coalescat per modum unius peccati, ut dicitur lib. 2. de Actibus humanis.

ARTICULUS SECUNDUS.

An semper, & in omni casu confessio debeat esse integra, vel aliquando non integra sufficiat, imò non expl. cita.

490. Confessio formaliter non integra dici solet, quando penitens in confessione aliquod peccatum mortale culpabiliter omittit; confessio vero materialiter non integra vocatur, in qua penitens non peccat, omittendo rationabili de causa aliquod peccatum mortale, quod per se loquendo sub gravi culpa exprimitur tenetur. Et quidem certum est omnino ex dictis, confessionem debere esse integram utroque modo, per se loquendo, & regulariter ar per accidens & in quibusdam casibus facit omnes, sufficere quandoque etiam non integram, seu dimidiatam, in qua nimium aliquod mortale peccatum aliqua rationabili de causa, & legitimo impedimento praetermittitur, vel aliqua circumstantia aliquoquin necessaria. Unde communitur dicitur, Sacerdos non posse infirmum absolvi in tribus praesertim casibus, etiam si confessio quoad externum sermonem non sit integra; Primo, quando caput confiteri, & non potest confessionem perficere, & completere. Secundo, quando signis, & nutibus explicat sua peccata in specie. Tertio quando signis, & nutibus exprimit aliqua peccata in specie, & non potest omnia exprimeret. In his autem casibus licet confessio non sit integra materialiter, quia aliquod omittitur peccatum adhuc tamen dicitur integra formaliter, hoc est, quantum ad intentionem, & moraliam possibilitatem, atque obligationem penitentis, quia tale peccatum omittitur rationabili de causa, & legitimo impedimento, & talis confessio ad huc vim habet conferendi gratiam sanctificantem, & remittendi omnia peccata mortalia tam confessa, quam omnia, quia non potest unum sine alio remitti, cum hoc tamen differunt, quod quod in confessione exprimitur, dicitur, & per se absolvi, & remitti dicuntur, reliqua vero indirecè, & per se non tenentur; quae proinde non manent exempta ab obligatione confitendi, sicut priora directè remissa, sed confiteri debent, ut possint postea absolvi, & absolvi directè debent subici. Verum quia sunt aliqui casus, in quibus dubium est, an sufficiat confessio non integra peccatorum, non erit abs res principales saltem percurrere.

491. Primus Casus est, an possit absolvi confessio peccatorum in genere, quae, licet penitens nullum explicat peccatum in specie, sed solum se accusat in genere multa peccata commisit, quia nempe sensibus delictus non potest aliud addere. Negant quidam plures Thomistae apud Card. de Lug. & Diana de absolutione sacramentali res. 1. Ratio est, quia materia proxima huius sacramenti debet esse confessio, quae per accusationem rei nova notitia datur Confessario, quoniam antea non habebat de statu penitentis, quod non accidit in proposito, scilicet, etiam antea antea Confessarius penitentem habuisset, vel commisit peccata, fecit peccata, quippe qui legitur 1. Jo. 6. Si diximus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Conf. quia absolutio sacramentalis debet terminari ad aliquod directè remittendum, sed in confessione illa generaliter non apparet, quod directè remittatur, non enim peccata in specie directè remittuntur, quia iterum debent subici clavibus ab infirmo, si eo valent, peccata autem in communi non videntur remissibile. Tandem Trident. docet, necessarium esse confessionem peccatorum non tantum in genere, sed etiam sigillatim, & in specie, quia cum ab absolutio sit actus iudicialis, causa debet esse cognita Sacerdoti. Sacerdos enim non potest uti clavis potestatis, nisi praevia sit clav is scientia; ubi nulla est confessio particularis alicuius peccati, nulla est notitia scientia, & consequenter nullum potest esse iudicium, quia tunc ibi nulla potest esse absolutio, quae ad actus potestatis.

492. Communitur tamen, & probabilior opinio affirmat apud Recentiores, & ex nostris praesertim Poncius, Arretinus, Hiribarnes, & Faber disp. 24. cap. 4. num. 77. ubi ait, hanc esse probabiliorum, & magis piam, quia valde durum videretur, quod qui in extremo vitae suae cupit, & vult suscipere sacramentum penitentiae, tamen propter infirmitatem aliquam impedientem loquelam, & alios motus, quibus peccata sua particularia intelligibiliter Sacerdoti manifestare non possit, prius tamen beneficio tanti sacramenti, & ei praclusa sit via salutis. Nec sufficit dicere, posse in tali casu saltem per actum contritionis, nam talis actus est valide perfectus, quem non ita facile homo elicit potest, praesertim in articulo mortis constitutus ubi gravitas infirmitatis, tentationes, & alia negotia eum valde perturbant; idcirco si solum habet attritionem, non salvabitur sine Sacramento, quod tamen salvatur, & idcirco hae secunda opinio est probabilior, quae probatur ex decretis Conciliorum, & Pontificum, & praesertim Pauli V. in Rituali Rom. ubi statuitur, absolventi esse illum, qui petit confessionem, ergo multo magis absolventis est, qui dicit peccatum, licet in communi; Deinde probatur ratione, quia licet integritas confessionis quoad speciem, & numerum sit ex institutione Christi, non est tamen ita necessaria, quin muti-

lata confessio sufficiat ad valorem sacramenti, si adit aliqua ex supra recensitis causis; ergo & confessio solum in genere sufficiat, si species, & numerus peccatorum affecti non possit. Tandem quia peccatum in genere potest esse materia confessionis, ut si recorderis re quidem peccasse mortaliter, oblitus tamen fueris speciem, ergo idem peccatum in genere potest esse materia sufficientis; Quare Sacerdos non solum potest, sed etiam debet impedire ab absolutione, quod in casu proposito, saltem ex charitate, non forte si solum habebat attritionem, damnetur, quia cum beneficio absolutionis factus esset salvus.

493. Ad rationem in oppositum dicendum est, ad rationem, & valorem confessionis sufficere, si sit accusatio de peccato commisso, qualis est in proposito, licet imperfecta, sed quanta habet tunc potest, quae deferatur notitia delicti, sive eam iam haberet iudex, sive non, & petatur remedium, implorandum eius officium, ut patet quotidiano experimento fore externi.

Ad Confir. dico, absolutionem directè terminari ad peccatum secundum rationem communem, in qua convenit cum aliis, indirectè vero ad singula peccata secundum proprias species, quae deinde subicienda sunt clavibus, quod contingit in casu oblivionis speciei peccati. Ad ultimum loquitur Concilium de integritate confessionis, prout per se, & regulariter fieri debet ex institutione Christi, non autem prout per accidens contingere potest, & in aliquo casu necessitatis, sicut hic loquimur; tunc enim sufficere potest confessio in genere facta peccatorum commissorum, quae ex impotentia exprimi nequeunt quoad speciem, hae enim confessio generalis in tali casu satis informat Confessarium, ut possit cognoscere, illum penitentem habere materiam remota factam, quae sunt peccata, & velle ab illis absolvi, quae sunt per se requiritur ex parte penitentis ad valorem confessionis, unde licet in tali casu peccata in specie non exprimat, impotentia excusatur. Ex quibus patet, ad sacramentalem absolutionem conferendam sufficere etiam confessionem peccati in genere solis nutibus, & signis expressis; moribus v. gr. rogatus a Sacerdote, an se accusat de suis peccatis, & etiam signum aliquod suae accusationis ostendat, si inclinando caput, vel pedes tundendo, vel manuum comprimendo, aut alio modo signum huiusmodi exhibeat, in tali casu ad sacramentalem absolutionem obtinendam sufficienter, si postius confiteri debet, & qualem enim nutus illi, & signa confessio, ni vocalibus liquidem statim, confessionem per nutus, & signa sufficere; neque enim hic debet materia absolutionis, quia externa signa, quibus se ostendit peccasse, & de peccatis dolere sunt sufficientes materia absolutionis in tali casu necessitatis.

494. Secundus Casus est, an possit absolvi, qui morbo oppressus nullum neque in genere confitetur, sive ore, sive nutu, exhibet tamen signa doloris coram Sacerdote, sive explicitè in ordine ad confessionem, & claves Ecclesiae, ut si dicit Confessario, dolere se de peccatis, velle confiteri, & perire a Deo veniam propter absolutionem obtinendam, sive absque ordine explicito ad claves, ac sine mentione confessionis, ut si tundat pedes, si imagine Sacramenti suspiris aspiciat, si dicat, miserere mei Deus, &c. Negant Suarez, Bonacina, Megala, & alii pauci, qui licet dicant, exhibenti signa primi generis posse, ac debere absolutionem impendi, non tamen exhibenti signa solum secundum generis. Ratio est, quia vera, & necessaria materia huius sacramenti est propria confessio, & accusatio, non autem sola devotio, & contritio, seu venis petitio, quamvis exterius expressa.

Dicendum tamen est, quaevis signa tam primi, quam secundum generis sufficere, ut laboranti in extremis absolutio sacramentalis impendi possit, ita Lugus, Diana, Layman, Sanctius, & alii quampures etiam ex nostris; Ratio est, quia non solum prima, sed etiam posteriora signa sunt quaedam confessio in ordine ad absolutionem sacramentalem, non quidem expressa, sed tacita, quae sufficere in casu illo extreme necessitatis, ergo &c. consequentia patet, probatur assumptum, quia etiam perditissimi homines in casu proposito quantum habent vocem promette solent in petenda confessione, ergo etiam in eo qui destituit esse voce, signa illa sunt tacita confessio, quia & ipsi animae suae remedium, quo possunt, modo querunt; Et quidem ex Aug. serm. 44. tunditur pedes, ut arguatur, quod later in pectore, & evidenter pulsu occultum caligat peccatum; esse ergo peccatis cum illo aliqua peccati manifestatio, ac proinde eo, si confessio magis explicitè signis prioribus illa innoteat. Confirmatur, quia ex Layman, Sanctio, & alii apud Diana confiteri potest absolutio moribundo, quando dubium est, an signa praedicta procedant ex contritione, aut ex morbo, & mortis angustia, propterea, cum prodesse possit infirmo, nec obesse fatenti sine Sacramento, appositam conditionem, ergo modo magis confiteri potest, si dabitur solum, an signa data ordinantur ad claves, nec, sicut sub conditione. Tandem probatur ex Rituali Rom. Pauli V. iussu editum docente ad impendendam absolutionem moribundo sensibus delirato satis esse, si confitenti delirante ostendit.

495. Tertius Casus est, an qui absente Confessario petit confessionem, & signa penitentiae exhibuit, possit deinde ab illo superveniente absolvi, cum jam sensibus esse deliratum, ita nullum si gnum

gnum coram sacerdote ostendat. Negant Sotus, Victoria, Canus, Navarrus, Ledefma, & alii. Ratio est, quia materia essentialis huius sacramenti esse videtur confessio, qua penitens se accusat coram sacerdote de suis peccatis; ergo non sufficit, nec valet confessio facta in absentia.

Contra, quia Clemens VIII. decrevit, nullo modo licere confiteri per litteras, aut intermedium; sed confessio penitentis in dicto casu fit per intermedium, & testem supervenienti Sacerdoti ergo non est sufficiens.

Communis tamen Recentiorum sententia affirmat Suarez, Vasquez, Valentia, Lugus, Layman, Aversa, A. Nicus, & ex nostris Ponc. Brancatus, Aretinus, & alii. Probatur autem clarè ex pluribus Conciliis, & Pontificum decretis; Araucanum enim c. 11. decernit, quod subito obmutescens baptizari, aut penitentiam accipere potest, si voluntarie prateritis testimonium aliorum verbis habeat & Carthaginense 4. cap. 63. decernit, quod qui in infirmitate penitentiam petit, si casu dum ad eum Sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate obmutescens testimonium, qui eum audierunt, & accipit penitentiam. Idem decrevit Leo Primus ep. 91. & refertur cap. hic, quod in Rituali Romano eius iussu edito, his verbis, si ager confitentis desiderium, sive per se sive per alios ostenderit, absolvendus est. Et sine illo fundamento negant Sotus, & quidam alii, prædicta decreta intelligenda esse de absolutione sacramentali peccatis, sed de absolutione ceremoniali a censuris Ecclesie. Nam & in illis antiquioribus decretis, præsertim in novissimo Rituali Romano sermo est de absolutione sacramentali peccatis, que in illis decretis nomine penitentis, & reconciliationis intelligitur, ut constat ex eorum tenore, & intento. Probatur etiam ex destructione oppositi fundamenti, quia in tali casu illa confessio esset interfecta formaliter, nam penitens talibus signis peccata sua Sacerdoti subsistenti facit; quod in se est, & quantum potest hic, & nunc; & Confessarius per ea signa sufficienter iudicium format, quantum fert occasio, & casus necessitatis, de peccatis, & dispositione penitentis ergo potest, ac debet absolutionem impendere. Tandem vel talis confessio esset insufficientis, quia expressiva non esset peccatorum particularium, vel quia fieret testimonio non esset peccatorum oblitus, nam in casu præsertim necessitatis sufficit expressio peccati in genere, ut dicitur etiam in declaratione primi Casus n. 498. Neque secus unquam alioquin confessio facta per Interpretem invalida esset, quod solum est ex superius dictis, confessio autem moribundi Sacerdoti per testem facta æquivalere confessioni per Interpretem, si eum enim Interpretes peccata penitentis Confessario refert, ita testis peccata moribundi in casu posito. Quamvis ergo, quando infirmus nullum dedit signum confessionis neque per se, neque per alium, absolvi non potest, etiam non desinit, oppositum alienentis etiam in hoc casu fidei immeto, quia tunc desit accusatio sui, que est essentialis pars huius sacramenti, tamen in casu nostro non desinit, quæ ad veram confessionem in casu necessitatis requiritur; illa enim confessio, seu petitio confessionis cum illis signis est accusatio facta ad aliantes, tanquam per Interpretes penitentis; cuius voluntas recipienda absolutionis moraliter permanere censetur, quia in mortis articulo constitutus omni consuetudine quaerit remedium anime sue, & per eos se sibi ille iudicis, cui seque imploret officium.

496. Ex quibus patet ad fundamentum in oppositum, nam confessio facta per signa, & facta per Interpretem in casu necessitatis est vera confessio, licet imperfecta; confessio autem facta à moribundo in casu nostro est huiusmodi, nam fit per signa, & per testem ea fideliter Sacerdoti supervenienti referentem, que proinde æquivalere confessioni facta per Interpretem, iudicium autem sacramentale sufficit, qualicumque peccati notitia, qualis à teo hic, & nunc haberi potest, unde talis est absolute loquendo, quod in argumento allumebatur, materiam essentialem huius sacramenti esse confessionem, qua penitens se accusat coram sacerdote de suis peccatis, nam etiam superius q. 17. art. 3. n. 479. diximus, confessionem per scripturam in absentia sacerdotis esse validam, & sacramentalem, dum modo postea absolutionem obtinet penitens in præsentia sacerdotis. Nec etiam obstat decretum Clementis Octaviæ cuius intelligentiam varie sunt excogitatae expositiones, quarum quinque refert Aversa q. 10. sess. 17. que singule aliquam patiuntur difficultatem. Quare notius dicendum est ex prædictis loc. cit. circa illud Decretum intelligentiam, Clementem prohibere confessionem per litteras, & intermedium Confessario absentis, tanquam insufficientem ad absolutionem validam absentis conferendam à sacerdote pariter absente cui fieri non verò huiusmodi confessionem, que fit per petitionem Confessarii, & signa doloris, que est omnino diversæ rationis à confessione prætoris, & ideo illa sola confessio prohibita est ex vi illius decreti, non autem illa Unde Coninchius disp. 77. num. 105. ex Epistola Archiepiscopi Armacani refert, eundem Clementem declarasse, non fuisse sibi propositum damare, seu prohibere, quod absolutio sacramentalis impendatur incidenti in eo casu, & Aversa loc. cit. refert in Congregatione etiam sacre Inquisitionis Romana sub die 2. Decembris 1622. denique declaratum, ac iustum fuisse, ut Rituale in prædicto

casu observaretur, nec decreto Clementis VIII. id repugnare.

597. Quartus Casus est, num si peccatum commissum sit cum quodam complice, nec possit quis integrè confiteri suum peccatum cum circumstantia sine manifestatione complicitatis, si v.g. peccavit quis cum sua sorore matre, vel filia bene nota eidem Confessario, num, inquam, ipsius tacere, vel debet dicere talem circumstantiam, non alio inveniendæ damno, nisi sola notitia, & infamia completis apud Confessarium; si enim prædiceret, timeretur, infamandum esse complicem à Confessario apud alios, aut occidendum, tunc ob hoc non est revelandum, in eo enim casu non obligat integritatem materiam confessionis concedunt omnes; Unde hæc controversia non intelligitur de infamia, vel damno, quod complici timetur ex malitia, vel imprudentia Confessarii, ut quod illum sit revelaturus, que per se ex confessione talis peccati sequitur; intelligitur etiam in casu, quo alium Confessarium adire non potest, qui complicem ignoret, & urgeat confitendi necessitatem si commode potest, alii adire teneretur. Possit, ac debet tacere circumstantiam complicitatis in tali casu, affirmat Marfil. Navar. Palat. Val. Armilla, Bannes, & alii. Fundamentum est, quia quando duo præcepta concurrunt, que simul servari non possunt, servandum est illud, quod est maius, & fortius, ut maius, & urgentius præceptum est de servanda fama proximi, cum fit iuris divini naturalis, quàm de integritate confessionis, que est iuris divini positivæ; ergo quando simul concurrunt, servanda est fama proximi, & omittenda integritas confessionis.

Contra, nam hæc ratio non tenetur confiteri per Interpretem, aut circumstantiam explicare, ex quo probabiliter timeamus nobis, vel alteri infamiam secutam, aut illam à Confessario, alteri revelandam, quia nostra, & proximi fama integritas confessionis est præferenda. Demum, quia præceptum divinum integritatis Confessarii non obligat, quando ex ea præceptum divinum proximo imminet, nec facile ostendi potest, hoc præceptum iustitiam in bonum animamatum debere adimpleri cum tam magno proximi detrimento.

498. Communior tamen, & probabilior opinio affirmat, complicitatis circumstantiam esse manifestandam, ut confessio sit integra, præsertim si nullum aliud damnum sequatur, quàm infamia completis apud solum Sacerdotem, & D. Thomas, D. Bonav. Durandus, Paludanus, Maior, Almainus, Suarez, Vasquez, Coninchius, Lugus, Baccanus, Amicus, Aversa, Caspensis, & alii Recentiores passim; & hæc etiam fuit opinio Scoti 4. d. 3. q. 2. verò de quid, ut enim etiam notavit Faber d. 2. c. 5. Doctor ibi hanc opinionem, ut veram supponit, inquit enim, Confessarium teneri ad sigillum non solum peccati confitentis, sed circumstantiarum etiam, & personarum secundæ, cum qua peccatur, supponit ergo, in confessione posse licite revelari personam complicitatis, & veram esse opinionem communem, que etiam asserit, non solum licere, fed teneri, quare falso Scotus ab Aversa, & alii citatur pro opposita sententia, & immerito Faber ex quibusdam verbis, que ibi scribit Doctor, putat, ipsum magis ad hæc verba prima sententiæ, quam secundæ, nam si verba illa bene ponderentur, magis secundæ favent, quam primæ, ut mox dicemus. Patet quidem, plures adduci rationes pro hac etiam sententia, que non facile urgent, ac proinde solvuntur à Suar. d. 3. q. 2. quibus relictis eam proptis rationibus munire conatur, que nec etiam omnino satis concludunt intentum, ac proinde solvuntur à Fabro l. c.

Melius itaque mihi probari posse non videretur, quàm ex destructione oppositi fundamenti, quod erat, esse peccatum naturale de non infamando proximo, sed occultatum proximi peccatum alteri manifestare non est intrinsecè malum, & contra legem naturale, fed tantum in duobus casibus, ut notat Bacc. c. 36. q. 2. nimirum, quando fit sine rationabili causa, & quando fit ex intentione infamandi proximum, nam huiusmodi intentione deficiente, & alioquin rationabili causa interveniente, non erit peccatum detractionis, aut infamationis; unde si aliquis sciens, uxorem adulterium commisisse, & hoc communicare amico taciturno, & secreto per modum consultationis, ut consulat quod agendum, an occidenda, vel dimittenda, vel corrigenda, nulli dubium est, hoc fieri posse sine ullo scicupulo peccati mortalis, quia hæc manifestatio fit rationabili de causa, & sine intentione infamandi uxorem, At in nostro casu non est intentio infamandi proximum, manifestando complice peccati, sed integrè confitendi, quia Deus obligat ad manifestationem peccati in specie, & species exprimit nequit sine manifestatione peccati, complicitatis, cum ergo talis intentio non adit, & alioquin sufficientes causæ suppetant manifestandi personam complicem, plane in tali casu nihil peccatur contra ius naturale de non infamando proximo, quod aut sit sufficientes causæ, probatur, quia maius bonum est regulariter, integritatem confessionis conservare ob reverentiam Sacramenti, quàm conservare famam unius apud solum Confessarium, nam integritas confessionis à Christo præcepta, & a voluntate facta, & omni necessaria momenti est, quàm non infamatio proximi, apud solum Confessarium, illi confessionis obligatum, præcipue in aliud damnum non timetur, ratione cuius sigilli volunt aliquid, neque illud, sequi complicitatis infamationem, apud Confessarium, quod etiam indiciale videtur loc. cit. dum inquit, Confessarium teneri non solum peccati confitentis, sed etiam complicitatis manifestandi, inquit, etiam confitens, vult famam personam, cum qua peccavit, salvare, sicut sui, quia illa persona fuit sibi communis in crimine, quibus verbis significat, istantem confessionis sigillatione ipsius non tantum salvari famam confitentis, sed etiam complicitatis manifestari per ipsum; que patet, hæc verba Doctoris non ita favere sententiæ, non oppositæ, ut putavit Faber loc. cit.

ARTICULUS TERTIUS.

An dimidiari possit Confessio in casibus reservatis.

501. Quintus Casus est, an dimidiari possit confessio in casibus reservatis, in quo casu triplex occurrit difficultas Prima, an possit Superior absolvere tantum à reservatis, & quoad reliqua penitentem remittere ad inferiorem. Secunda, an quando Superior absolvit tantum à reservatis, teneatur penitens simul cum non reservatis reconferri etiam reservata. Tertia, an intermedium possit inferior saltem indirectè à reservatis absolovere. Quoad primam difficultatem affirmant Cajetanus, Navarrus, Soto Valentia, & alii, quos refert Suarez disp. 31. sec. 1. quia sæpe Prælati variis occupationibus sunt impediti, ob quas non vacat integras absolvere confessiones subditorum, & hinc iniquum, esse ritum & consuetudinem Curie Romanæ, ut penitens absolveretur tantum à reservatis, quoad reliqua absolvens mittitur ad inferiorem. Sacretem, Negant Sylvester, Victoria, Canus, Suarez, Vasquez, Coninchius, Becanus, Caspensis, Amicus, Bonacina, & alii Recentiores passim, id posse sine urgenti causa fieri, quæ sententia communior est, & verior, & sequitur ex nostris Brancatus disp. 12. art. 18. & disp. 19. art. 12. & Faber disp. 28. c. 3. Ratio est, quia integritas Confessionis est de iure divino, quod omnino servandum est, nisi alteri permittatur urgens, & rationabilis causa, quæ in hoc casu, de quo loquimur, difficillimè potest assignari, nam occupatio Prælati non est sufficiens causa, cum facile possit alteri Sacerdoti suas vires committere, & facultatem communicare absolvendi à reservatis; Et falsum omnino est, illam esse Romanæ Curie consuetudinem, quia ibi etiam regulariter cum adire superior ob absolutionem in foro conscientie, vel omnia peccata penitentis audit, vel facultatem delegat inferiori Sacerdoti. Imò Brancatus disp. 19. art. 12. n. 390. ait, nullam assignari posse in Prælati urgentem causam excusantem hanc absolutionis dimidiationem, nam in quocunque casu auctere posset reservationem, vel delegare jurisdictionem. Sed iam dictum est, ac etiam mox dicemus, posse confessionem dimidiari in casu gravissimæ necessitatis v.g. mortis, loquelæ oppressio, damni notabilis, similitum, quæ contingere possunt non minus ex parte absolventis, quam ex parte penitentis, & in his casibus placere concedi potest, posse Superiorem absolvere reservata tantum, & ab illis absolvere, unde non qualibet Superiorum occupatio est causa urgens, & sufficientis ad talem dimidiationem excusandam, sed debet esse talis, quæ deobligat ab integritate confessionis; Alias quoque necessitatis causas iustas, & sufficientes ad talem dimidiationem excusandam nituntur asserere Suarez, Coninchius, Lugus, Aversa, & alii Recentiores, quia aliquam adhuc patiuntur difficultatem, nec ita facile admitti debent, cum integritas Confessionis, & absolutionis sit de iure divino.

502. Quoad secundam difficultatem, Auctores primæ sententiæ communiter affirmant, quando penitens absolutus à reservatis mittitur inferiori, ut à non reservatis absolvatur, debere in tali casu etiam reservata iam dimissa reconferri. Ratio est, quia ex cap. omnis saltem unius Sacerdoti sunt omnia peccata integre confitenda; at in casu proposito non sunt omnia integre confessa Superiori, ergo confitenda sunt omnia integre inferiori. Negant vero, & quidem probabilius Auctores secundæ sententiæ, quia vel illa peccata reservata rite fuerunt Superiori confessa, vel non; non secundum, ut etiam Adversarii concedunt, alioquin nec absolutio rite impensam fuisset, non enim potest sacramentalis absolutio super illegitimam cadere confessionem; si ergo fuerunt illa peccata rite Superiori confessa, iam non tenetur ea iterum confiteri; sicut quando penitens vel ex oblivione inculpabilis, vel alia iusta de causa aliquod peccatum in Confessione omittit, non tenetur simul cum illo alia iam directè confessa reconferri, cum opportunitas datur, quia hæc supponitur iam rite confessa, nec cadunt sub voto alterius confessionis, sicut omnia iusta de causa, aut oblivione inculpabilis, non ergo in casu proposito tenetur penitens reconferri reservata iam confessa cum peccatis non reservatis, siquidem illa supponitur iam rite Superiori confessa, auctoritas autem allata ex cap. omnis de integritate formalis confessionis est intelligenda, non autem de materiali, alioquin semper cum oblitis, & ex iusta causa non confessis confitenda quoque essent iam rite confessa. Itaque confessio facta Superiori de solis reservatis est integra formaliter, quamvis non sit integra materialiter ob iustam aliquam causam, & penitens in bona fide exiit, & consequenter absolutio valida est, & sacramentalis, confertque gratiam, & directè remittit peccata reservata, indirectè vero, & consecutivè non reservata; atque ideo quando penitens semel obtinuit absolutionem reservatorum à Superiore, non tenetur postea inferiori Sacerdoti simul cum reservatis etiam reservata confiteri, à quibus iam directè fuit à Superiore sacramentaliter absolutus, sicut etiam nunc postea dicemus, ille qui iusta de causa fuit absolutus ab inferiore directè à non reservatis, non tenetur rursus omnia peccata aperire Superiori, fed tantummodo reservata, cum non sit obligatio bis subsistenti eadem peccata Confessione, & ita etiam tenet Bonacina disp. 5. q. 7. p. 6. c. 4. §. 3.

Confirmatur, quia si non teneremur ad manifestandam personam complicem etiam quando nullum aliud damnum sequitur complicitatis, præter illam simplicem notitiam, que confessorio datur, & qualemcumque infamiam, quam apud eum incurrit, sequeretur, coningatur non teneri adulterium confiteri, quia illud redundat in infamiam alterius conjugis, nec conjugatos obligare ad peccata conjugum in abusu matrimonii commissa, quando uterque est Confessario notus. Denique hæc sententia fuit expressè Divi Bernardi opusculi de formula honestæ vite, ubi citat finem ait, De nullo prolixius sine se loquaris, quantumcumque sit verum, vel manifestum, nisi in confessione, & hoc ubi non potest aliter manifestare peccatum, sentit ergo Bernardus, circumstantiam complicitatis esse in confessione explicandam, quando aliter peccatum tuum manifestare non potest, vel Confessarium adire, cui complex fit ignovus.

503. Hinc patet ad fundamentum oppositum, negatur enim, indirectam complicitatis manifestationem ad proprium peccatum excusandam esse proximam infamationem, sequi enim per adversariis non est proximi infamatio, quando persona complicitatis manifestatur ob ipsius infamitatem, ita enim dicendum in casu nostro, quia nec fit omnino infamatio, nec sine rationabili causa, & sufficienter compensatur hoc qualemcumque damnum iustitiate, & integritate confessionis.

Ad Confirmationem negatur paritas, quia iure divino tenetur integram facere confessionem, non sic autem tenetur ad confessionem per Interpretem, ex vi enim ipsius non tenetur, nisi soli Confessario propria manifestare peccata.

Ad ultimum negatur, tam grave damnum, & detrimentum sequi complicitatis eius manifestatione Confessario, qui sub sigillo tenetur eius peccatum occultare, sicut principalis, si enim hoc fieri potest abique peccato mortali cum amico secreto, & taciturno per viam consultationis, ut supra dictum est, multo magis id fieri poterit in confessione, ubi sigillum tam strictè obligat, & gratis omnino conceduntur præceptum divinum integritatis confessionis non obligat, quando grave damnum ex ea proximo imminet, ut potest si probabiliter timeatur, infamandum esse Confessario apud alios, aut occidendum, in his, inquam, & similibus casibus gratis concedimus non obligare integritatem materiam confessionis.

Sed infra Faber loc. cit. ex hac nostra sententia plura sequi posse inconvenientia in locis ubi non est facile invenire Confessarium, Parochos tantum, vel in conventibus Regularium, ubi omnino se agnoscunt in his enim locis exprimitur in confessione personam scandalosa, si non pro illo tunc, saltem temporis successione, & est magna occasio, cum incidunt diuidia, & contentiones, revelandi confessionem, & patendi magnam confusionem ipsi complici, quæ sententiam præsertim inductum se dicit hic Auditor ad oppositum sententiam impetendam. At hæc instantia parum urget, quia ut diximus est ab initio articuli, questio præfens, & casus propositus aliquid malum ejus extrinsecum ex malitia, vel imprudentia Confessarii, ut quod illius sit revelaturus, aut aliquid malum illaturum, ut urget instantia facta, in tali casu gratis concedimus, quod nullum aliud damnum complici obvenit præter illam simplicem notitiam, que Confessario datur, & fama damnificationem, quam apud illum incurrit, & sufficienter compensari diximus utilitate, & integritate confessionis.

503 Quoad tertiam difficultatem, negant aliqui cum Vasquez, q. 91. ar. 3. dub. 9. posse in ullo casu inferiorem Sacerdotem absolvere a reservatis, praterquam in articulo mortis, quod probant ex Trid. sess. 14. c. 7. ubi inquit, *Cum extra articulum mortis Sacerdos tenentibus possint in casibus reservatis id unum penitentibus persuadere, ut ad Superiorem, & legitimos Iudices pro beneficio absolutionis accedant.* Probant etiam ratione, quia haec sententia exercetur per modum iudicii, nulla autem sententia valida, nisi a Iudice lata, cum ergo Sacerdos inferior nullam habeat jurisdictionem, praterquam in articulo mortis, in casibus reservatis, non potest ab illis valide absolvere, quo fit, ut nec absolvere possit a non reservatis, quia cum unum absolvi non possit sine alio, si non potest a reservatis, nec poterit a non reservatis. Nec valet dicere, directe absolvere, a non reservatis, indirecte vero, & consecutive a reservatis, quia dum absolvetur illa in confessione explicata, directe absolvetur, siquidem absolvetur illa, ut in iudicio adducta, quod est absolvere directe, & secus est de oblitis, quia non adducuntur in iudicium per confessionem penitentis, non possunt directe absolvi, sed tantum indirecte. Et hanc opinionem sequitur ex nostris Hiribarnes 4. d. 18. disp. 26. sess. 7. ubi dicit cum aliis Auctoribus ejusdem opinionis, in periculo gravis scandalii, & infamiae posse habentem reservatos, praesens contritione ad Eucharistiam accedere, quia tunc censetur non habere copiam Confessarii, sic etiam loquitur Caspensis disp. 6. sec. 5. dicens, *oppositam sententiam parum habere probabilitatis.*

504 Communis tamen opinio asserit quidem, nulla existente necessitate non posse inferiorem valide absolvere penitentem a non reservatis, ipsumque remittere ad Superiorem pro reservatis, quia Confessarius inferior non potest ab uno peccato mortali absolvere, quin absolvat ab omnibus, cum unum peccatum mortale non remittatur sine alio, cum igitur Confessarius inferior nequeat a reservatis absolvere, ut patet ex Trid. cit. sequitur etiam, non posse a non reservatis absolvere praesens necessitate, vel rationabili causa; Addit tamen in aliquo casu maxime necessitate, etiam prater articulum mortis, v. g. tuendi vitam, famam, vitandi scandalum, aut servandi preceptum annue Confessionis, supposito quod pro tunc non patet aditus ad Superiorem, posse penitentem absolvi ab inferiori, cum onere tamen adire Superiorem pro reservatis, quam primum opportunitas aderit. Verum Auctores hujus communioris sententiae non eodem modo declarant; Aliqui enim dicunt, inferiorem tali casu posse absolvere penitentem per facultatem absolvendi directam, & per se a non reservatis, indirecte vero, & per accidens ab ipis reservatis, sicut fieri solet ab oblitis; unde dicunt, Sacerdotem peccati reservati oblitum, si necessitatem habeat celebrandi, nec copiam habeat Sacerdotis approbati pro reservatis, posse, & debere Sacerdoti non habenti facultatem reservatorum peccata sua confiteri, ut directe a non reservatis, indirecte vero, & consecutive a reservatis absolvat, cum onere, & obligatione ad eundem Superiorem pro absolvendo directa reservatorum; ita Suarez, Card. de Lugo, & Amicus, Avila, Bonacina, Poncius ex nostris, & alii Recentiores, & Summi passim. Alii vero dicunt, quod quando urgente necessitate inferior absolvit a non reservatis, dicit non potest quod penitentis Sacerdotis sit absolutus directe, vel indirecte a reservatis, quia ex Trid. cit. caret jurisdictione ad facienda, quare sententia eius nulla esse, ac irrita; Ideoque dicunt, in tali casu peccata reservata deleri immediate a Deo intuitu contritionis, vel absolutionem eorum fieri immediate a Deo sine actuali ministerio Sacerdotis ratione gratiae, quae infunditur per absolutionem a non reservatis, non autem absolvit sacramentaliter, donec hoc fiat a Superiore, vel de eius commissione, ita ex nostris discurrunt Aretius 4. d. 17. q. an. ar. 12. & Brancatus disp. 19. cit. ar. 12.

505 Primum tamen dicendum, magis placet, quia ut optime dicitur Amicus inter alios disp. 13. sec. 10. nihil per hanc indirectam potestatem derogatur reservatis, sed solum bono penitentis consistit, ut in gravi casu necessitate, in quo ei non patet aditus ad Superiorem, non caret remedio absolutionis, recurre enim ad actum, contritionis cum secundo dicendi modo in his casibus nimis durum videtur, & atrox, quia actum contritionis eliere nostrae fragilitati est nimis difficile, unde per absolutionem sacramentalem indirectam tutius necessitati penitentis subvenitur, cu solo actu contritionis derogatur, nam semper penitentis indirecte absolutus manet obligatus ad eundem Superiorem, vel cui superior suas commiserit vires ad petendam directam absolutionem pro reservatis sicut praecipue Confessionis non derogat, quod quis contritione justificetur quia adhuc justificatus, & per contritionem absolutus manet cum obligatione ad confessionem. Quomodo autem sola jurisdictione in non reservatis sit sufficiens ad remittenda, etiam valide reservata indirecte, in quo consistit hujus difficultatis cardo, sic fieri potest, nam talis jurisdictione etiam secularium Adversariorum sufficit ad remittendum indirecte peccatum reservatum oblitum, & reservatum putatum non reservatum, vel in confessione omnium ex gravi, & rationabili causa, ergo in predictis casibus necessitate eadem jurisdictione in non reservatis censeri debet sufficiens ad remittendum quoque indirecte reservatum, etiam cum non reservatis illud cog-

nitatur, consequentia est evidens, quia confessio reservati non minuit potestatem in absolvente, ideoque si illud ex iusta causa omnifurum, vel ignorantum, vel inculpabiliter oblitum absolvi potest indirecte, & consecutive, potest etiam, ut confessum, & in confessione expressum, quia non debet esse peioris conditionis, qui peccatum reservatum confitetur, quam qui illud ex causa omittit, vel ignorat esse reservatum, ut recte discurrit Amicus.

506 Neque obstat Trid. loc. cit. in quo tota via faciunt Adversarii, cum dicit, in casibus reservatis extra articulum mortis nihil posse inferiorem Sacerdotem, non per hanc negat directam potestatem in alia peccata, & consequenter indirectam in reservata, tum quia eam potestatem negat Inferioribus Sacerdotibus in reservata extra articulum mortis, quam ibidem concedit in articulo mortis, sed in articulo mortis non concedit potestatem indirectam, sed directam, ergo hanc solum negat extra articulum mortis. Nec etiam obstat ratio adducta pro opposita opinione, ut enim sententia in hoc foro lata sit valida coram Deo, sufficit, ut sit a Iudice aliquam jurisdictionem directam habente in personam penitentis, & aliqua eius delicta ob essentiali connexionem remissionis unius delicti cum reliquis. Et ad replicam dicendum, non satis esse ad absolutionem directam, ut peccata per confessionem penitentis sint in hoc foro in iudicio deducta, sed ulterius requiri directam potestatem, & jurisdictionem in illa, neque illud primum sufficit sine secundo.

Sed Dices, solum jurisdictionem in non reservata non sufficere ad remittenda etiam indirecte reservata, quia non potest Iudex per jurisdictionem, quam habet in uno delicto, rem ab absolvere a ceteris, in quo jurisdictionem non haberet, nec Sacerdos per jurisdictionem, quam habet in non reservata, penitentem absolvere poterit a reservatis, quia nulla potestas extra iura sphaera se extendere potest. Resp. cum Amico loc. cit. non esse parum ratione de potestate Iudicis forensis, & Penitentiarum, nam hic ratione modi, quo rem a delictis sibi subjectis absolvit, nempe per gratiam iustificationem cuiusque peccato incompossibile, indirectam potestatem etiam habet in reliqua delicta sibi subjecta, unde talia delicta non sunt omnino extra sphaeram talis potestatis absolute sumptae, sed tantum extra sphaeram directam, atque ideo talis absolutio valida est, & sacramentalis, conferre gratiam, & directe remittit peccata non reservata, indirecte vero, & consecutive etiam reservata, ut patet a simili de confessione, in qua si aliquod peccatum mortale per obligationem offertur, directe remittuntur peccata exposita in confessione, indirecte vero remittitur peccatum oblitum. Cum vero penitentis opportuno tempore possit Superiorem adire pro petenda absolutione directa reservatorum, tunc novum recipit sacramentum, ac etiam effectum sacramenti, nempe gratiae augmentum. Hoc autem intelligendum est, quando casus reservatus non habet annexam excommunicationem, nam in tali casu inferior nullo modo potest penitentem sacramentaliter a peccatis absolvere, donec superior a censura absolvat, aut facultatem concedat absolvendi ab ea, ratio est, quia excommunicatio major praevenit receptione sacramentorum ex cap. si celebrare de presbytero excommunicato, atque ideo donec penitentis absolvat ab excommunicatione, non est capax absolvendi sacramentalis, quamvis non desint adherentes, etiam si peccato reservato sit annexa excommunicatio, adhuc in casu necessitate potest inferiorem sacerdotem indirecte absolvere a tali peccato cum onere petendi a superiore absolutionem ab utroque ita Suarez, & Amicus loc. cit. qui alios etiam citant.

507 Postremo dicendum est, confessionem materialiter non integram locum habere, sed licitam esse quoties ex materiali integritate grave damnum, aut incommodum, sive temporale, sive spirituale, vel penitentis, vel Confessarii, vel alius imminet, aut praesentem timetur; Haec est communis apud omnes Doctores, & ratio est, quia sacramentum Confessionis non obligat ad integritatem confessionis materialem, cum gravi damno faciendam, ut de casu obliivionis desinit Trid. sess. 14. c. 5. praecipue enim positiva est tanto incommodo obligare non solent. Damnum autem spirituale penitentis pluribus modis contingere potest; si nimirum timeatur ne decedat absque absolutione ob imminens mortis periculum, sive ex morbo ingruente, sive ex incendio, sive ex naufragio, sitimeat, ne inducatur a Confessario ad peccata ipsi similia, quae committentur; si timeat, ne diutius harendo in examine peccatorum carnalium se ipsum excidet ad turpia desideria, fatuus enim erit in tali casu levius conscientiam examinare; licet aliquod peccatum elabatur quam curando confessionis integritatem consistere cum periculo peccandi, ut notat Coninechius disp. 7. n. 25. Damnum vero temporale ejusdem penitentis est, si timeat sibi mortem, vel gravem morbum ex longiori mora apud Confessarium posse, vel alio contagioso morbo infectum; si timeat sibi grave odium, vel persecutionem a Confessario, cujus fratrem v. g. occidit, vel forem violavit; si timeat sibi gravem infamiam, quia putat, vel probabiliter dubitat, Confessarium revelaturum esse peccatum; si aeger ob difficultatem loquendi, vel ob capitis imbecillitatem non possit sine gravi incommodo in recensendis, vel vigiliis peccatis immorari; si denique non possit confiteri, nisi per Interpretem, vel eorum alius, qui in eodem atri tecto, vel cubiculo decumbunt, tunc enim

reti-

reticere possit, quae graviolem infamiam afferunt.

Damnum spirituale Confessarii est, si timeas, ne ille ex tuorum peccatorum narratione occasionem sumat similia vel alia peccata committendi, temporale vero, si periculum incurrat, ne contagio, quo tu laboras inficitur, ita Suarez, Coninech. Giamdo, & alii apud Averam q. 10. sess. 15. quicquid dicit Marchinus de peste p. 3. c. 4. ino ad mutilandum confessionem urgetis non solum ob damnum temporale Confessarii, sed etiam ob spirituale aliorum, si eodem morbo laboret, ut scilicet etiam is sacramenta ministrat praesertim in penuria Sacerdotum. Sed ne in mutilanda Confessione propter damna imminencia aliqua interveniat deceptio, haec erunt observanda; Primum est, ut damna huiusmodi sint vera, & substantialia, non autem imaginaria, seu ex levi suspitione orta. Secundum, ut non ad sit alius Confessarius, cui citra incommoda illa confitearis. Tertium, ut ea duntaxat peccata reticeas, de quibus praesentem times. Quartum denique, ut memineris peccata praetermissa, cum damna illa evanuerint, eidem, vel alii Confessario esse aperienda, ut quod directe secundum sacramentale iudicium absolvaris, ut supra dictum est.

508 Pro ratione tandem huius quaestionis ad vertendum est ex communi Doctorem sententia, ad integritatem Confessionis non satis esse ut tunc omnia peccata mortalia confiteri cum circumstantiis speciem mutantibus, sed necesse esse illi, & eidem Confessario confiteri, si enim omnia ita confitearis, ut partem eorum uni, & partem alteri Sacerdoti aperires, non tamen aliam singularem confessionem faceres, quae ipsa esse integra, sed duas singularem partiales, quarum quaelibet dimidiata esset, attenditur enim singularitatem integritas Confessionis ex Sacerdotis etiam, cui ipsa fit, siquidem is etiam in descriptione sacramentalis confessionis ponitur. Hoc autem intelligendum est, cum omnia peccata eidem Sacerdoti possint aperiri sine notabili damno proprio, vel alieno, ut modo dictabamus, nam quae dici nequeant sine notabili damno proprio, vel alieno, non tenentur quae aperire in confessione; neque ob id tunc dicitur confessio dimidiata proprie, & formaliter, sed tantum materialiter, & praeter intentionem formaliter autem confitebitur nihilominus integra, quantum nimirum esse potest, & debet in tali necessitate casu; atque id fit, ut in multis casibus liceat in confessione peccata quaedam praeterire sine violatione praecipit de illius integritate. Solet hic disputari, quibus casibus sit iteranda confessio, sed quia res est penitus moralis, apud Summos videri potest, & Branc. nostrum fuisse de hoc agentem disp. 12. art. 9.

QUESTIO DECIMANONA.

De Ministro Sacramentali Penitentiae.

509 Certa fide tenendum est, solum Sacerdotem esse huius sacramenti ministrum, ita desinit Concil. Constantiense in Bulla Martini Quinti, & Trid. sess. 14. cap. 6. & de 10. quod etiam ex Scripturis deducitur evidenter, nam Io. 10. & Matth. 19. solis Apostolus, & eorum successoribus promissa, & concessa est clavium potestas, & insulsum omnino est, ac ridiculum, quod dixit Luth. per illa verba Christum omnibus Christianis talem contulisse facultatem, diserte namque, & expressè ex ipso Evangelio textu deducitur, tunc Christum Dominum huius disceptulæ esse locutum, qui erant congregati foribus clavis propter merum ludorum, atque ideo illis huius talem concessisse auctoritatem, qui erant Apostoli, & consequenter eorum successoribus, & patet ex universalis traditione Ecclesiae, & S. Patribus, quorum testimonio controversitate passim adducunt; quibus etiam accedit ratio, quia hoc sacramentum per modum Iudicii exercetur, potestas autem iudicandi non debet omnibus committi, sed tantum principibus, & Magistratibus Republicae; Verum quia circa modum huius Ministerii aliqua vertunt difficultates, etiam inter Scholam, non erit abs falsum principales, & praecipuas sequentibus articulis examinare.

ARTICULUS PRIMUS.

An quilibet Sacerdos potestatem habeat absolvendi quoslibet hoc ipso, quia est Sacerdos, vel certam habeat jurisdictionem.

510 Afferunt antiquiores quidam, quemlibet Sacerdotem esse vi ordinationis suae hoc ipso, quod est Sacerdos, valide hoc sacramentum omnibus ad ministrare posse, ac aliam jurisdictionem ad eius valorem requirit, sed ex prohibitione tantum Ecclesiae factum esse, ut non licitum omni Sacerdoti hoc officium exercere, nisi certa deputatione, & licentia a superiori habitae, quae dicitur potestas jurisdictionis, ita Armacanus lib. 1. de quaestione Armenorum, quod & probabile aliquo existimavit. Durandus etiam Almainus 4. d. 17. q. 1. art. 4. Fundamentum huius opinionis est ipso divino iure defuturum, quod Christus omnibus Sacerdotibus hanc potestatem contulisse videtur, nulla alia requisita conditione, quae proinde potestas non videtur potuisse ab Ecclesia auferri quantum ad valorem actus, sed ad summum quantum ad

licitum usum impediti. Confirma potestas ipsa in ordinatione recepta ad absolvendum est a quo potestas ferendi sententiam, & potestas iudicialis, & est potestas ius dicendi, siquidem in ordinatione accipiunt Sacerdotes Spiritum Sanctum cum facultate remittendi, & retinendi peccata Io. 20. Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueris peccata sunt, ergo hanc potestas ordinis est proprie jurisdictionis, & sine illa ulteriori dependentia ab Ecclesia possunt Sacerdotes absolvere quoscumque accedentes ad ipsos, si non licite, saltem valide, nec videtur potestas ordinis distinguenda a potestate jurisdictionis. Tandem id etiam deduci videtur ex aliorum sacramentorum exemplo, quae ad sui valorem non exigunt aliam Ministerii jurisdictionem praeter ordinis potestatem, sed solum ad licitum Ministerium.

511 Communis tamen, & certa est, Theologorum sententia, non quemlibet Sacerdotem, sed tantum certam jurisdictionem habentem posse hoc sacramentum valide ministrare, nec omnem Sacerdotem posse valide a peccatis mortalibus absolvere non ante absolutionem, sed ex hac parte ultra ordinationem, totalem in Ministro requiritur peculiariter aliam facultatem, quae dicitur jurisdictionis. Ita omnes Theologi Scholastici, & morales, & praesertim Scotus nosster 4. disp. 17. q. 1. art. 3. ubi ait, praecipuum confessionis est ministerium, cui fit facienda confessio, & sic, cum cui est facienda confessio, esse Sacerdotem, & non quemcumque, sed jurisdictionem habentem, & hoc totum definitum est in Conc. Florent. sess. 12. in decreto Eugenii, ubi altera ad hoc sacramentum essentialiter requiritur, ministerium, & formam, & Ministerium jurisdictionem habentem, ubi plane hanc requirit ad sacramenti valorem, & non solum ad licitum usum, sic etiam desinit Trid. sess. 14. cap. 7. articulus etiam de perpetua excommunicatione, & praxi Ecclesiae illis verbis. *Persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse, Synodus hoc confirmat, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam Sacerdos in eam profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet jurisdictionem;* quod etiam ratio ipsa persuadet, quia absolutio est actus iudicialis, ergo requirit jurisdictionem in subditos.

512 Tota difficultas consistit in explicando, quid fit ius jurisdictionis potestas, & quomodo a potestate ordinis distinguatur, hoc enim non eodem modo ab omnibus explicari solet; Quamplur, res de his potestatibus discurrunt, tamquam de facultatibus omnino distinctis, dicentes potestatem ordinis immediate conferri a Christo in actu ordinationis, potestatem vero jurisdictionis conferri ab Ecclesia in actu deputationis, & adesse sufficientem rationem distinctionis inter utramque, quia potestas ordinis est ipse character, qui est qualitas indelebilis spiritualis, interna animae, & a Deo infusa, potestas vero jurisdictionis est deputatio quaedam moralis extrinseca facta ab Ecclesia, & variabilis, quam postea subdistinguitur in ordinariam, & delegatam, ita Casus, Sotus, Suarez, Coninech. Valentia, Avila, Ledesma, Card. de Lugo, & alii passim, & frequentior explicandi modus. Alii vero dixerunt, non debere in hac re distingui duplicem potestatem primam ordinis, & secundam jurisdictionis, sed potius unam simplicem esse potestatem, quae simul fit ordinis, & jurisdictionis, & quae in ordinatione confertur; ideoque totam quidem potestatem tribui Sacerdoti in sua ordinatione, sed adhuc non tribui ei materiam, hoc est, subditos, ac proinde debere, ac solere hanc potestatem ab Ecclesia applicari per deputationem Sacerdotis ad excipiendas horum, vel illorum confessiones; Unde deducunt, potestatem jurisdictionis Sacerdoti necessariam ad absolvendum partim conferri a Christo, partim ab Ecclesia, vel Pontifice; duo enim spectari possunt in illa jurisdictione, primo potestas absolvendi ex parte Sacerdotis, quae immediate confertur a Christo in ordinatione Sacerdotis. Secundo applicatio materiam, quae fit ab Ecclesia, vel Pontifice, huius autem duobus oritur necessitas, & integra jurisdictione, quae vocari potest actualis jurisdictione, quia est potestas expedita ad operandum, cum habeat debitam materiam applicatam; potestas vero ex parte Sacerdotis tantum vocari potest ius iudicium habitualis, & in actu primo, quia est impedita, nec potest exire in actum ob defectum applicationis materiam. Haec autem applicatio non fit volente se ipso, poenitentis, qui iudicandus est, sed voluntate Pontificis, qui dividit Episcoporum, & Patroc. Fit autem dupliciter, primo via ordinaria, ut quando aliquis constituitur Episcopus alicuius diocesis, aut parochus alicuius parochiae secundum ex commissione, ut quando proprius pastor suam ovem alteri committit, non constituendo illum pastorem esse officio, sed suas illi vires committendo, & hoc facere potest Pontifex in toto orbis Christiano, Episcopus in sua Diocesi, & Parochus denique in sua parochia; ita rem explicant D. Antonius Navarrus, Maior, Angelus, Vasquez, Becanus, Cateranus, Amicus, & alii quam plures, qui dicunt, Sacerdotibus in sua ordinatione conferri potestatem, & ius jurisdictionem activam, sive ex parte principis, deinde in sua deputatione tribui ab Ecclesia passivam ex parte subiecti.

513 Haec altercatio, ut verum fatear, magis videtur de nomine, & modo loquendi, quam de re, nam quantum ad rem spectat, penes de videtur esse, quod potestas completa accipitur in ordinatione, cum dependentia tamen ad hoc, quod Ecclesia determinat subditos, vel quod non accipiat potestatem completam, & proximum

in or-

in ordinatione, sed quod reddatur proxima per auctoritatem ordinarium, aut delegatum ab Ecclesia concessam; ut bene notavit Pontius d. 46. q. 8. melius tamen cum communiori dicitur, quod in ordinatione accipiunt quidem Sacerdotes potestatem absolventi ad peccatis non tamen dari ipsi per talem ordinationem ullos subditos, sed per Ecclesiam potestatem determinati subditos, quatenus ipsos constituit iudices, vel ordinarios, vel delegatos talem, vel talem. Et hoc totum significavit Doctor 4. dist. 19. q. 4. ubi docet, remissionem peccatorum ex potestate clavium totaliter provenire, quam Sacerdos in sua ordinatione accipit, inquam a principio: seu potestatem, per quam directe fit ipsa remissio, quia remissio fit virtute sacramenti, & directe per absolutionem, quae est usus clavium & per ministrum ex divina institutione; non autem per aliquam institutionem humanam Ecclesiae, quae nullam habet potestatem sacramenta instituendi, aut esse efficaciam ullam tribuens, seu efficaciam, secundum quod instituta sunt a Christo, & mediante sola Christi institutione. Unde si Ecclesia accipit tantam iurisdictionem fori externi, mediante qua nequit peccata remittere, ita quaequid per hanc potestatem facit directe, non concedit auctoritatem dimittendi peccata proprie, & directe; Quia tamen auctoritas in sua ordinatione Sacerdotibus concessa non tollit auctoritatem Ecclesiae concessam iurisdictionis; subordinationis, & hierarchiae, quam in personam omnes habet, ideo huic auctoritati subordinetur clavium potestas indirecte, quatenus determinatio, & concessio personarum in quam exerceri possit sententia, directe spectat ad Ecclesiam, ut inquit Tit. 1. c. 6. illis verbis. *Quoniam igitur natura, & ratio iudicii illud exposcit, ut sententia in subditos duntaxat feratur.* Quia ergo Sacerdos a Christo potestatem accipit absolventi peccatis directe, & quando absolvit in persona Christi, absolvit ut eius Vicarius, & in virtute potestatis illius, quae data est, quia tamen ut illa potestas valide exercetur, requirit subditum, in quo feratur sententia, quoniam Sacerdos ex vi suae ordinationis non habet, sed debet ab Ecclesia recipere, quae sola in subditos potestatem habet per se, & reliqui dependenter ab ipsa, seu ex eius concessione, hinc manet suspensa potestas clavium, donec per Ecclesiam reddatur ad actum, quod totum optime advertit Hiquius 4. dist. 19. q. 4. in articulo.

114. Hinc ait Doctor loc. cit. potestatem clavium esse penitentiam remotam, & non proximam, quia potentia remota est, quae quis de se, & simpliciter aliquid agere potest, proxima vero, & proxima requirit passum approximatum, & non impeditum, ut arguitur Art. 9. Met. cap. 4. ubi docet, quod potentia activa, cui statim respondet passiva, non est impeditibilis, est potentia proxima, quae agendum, potentia vero, cui non respondet statim passum, vel eo habito est impeditibilis, durante impedimento non est potentia proxima, sed remota; Quia ergo sacerdos ex ordinatione sacerdotali non statim materia habet, in quam claves exercet, sed opus est, quod aliquis subditus sibi assignetur, in quem habeat iurisdictionem, & usum clavium, non solum ad hoc, quod rite absolvat, sed ad hoc ut simpliciter absolvat, non solum ad hoc, in 6. de Regulis iuris, sententia non suo iudice lata, est nulla, ideo talis potestas ordinis, seu clavium praecise sumpta est remota, non proxima; Hinc Doctor d. 19. q. 4. ubi docet, quod potestas clavium, & auctoritas, & absolventi in ordinatione sacerdoti collata, quod illam nequit Ecclesia valide suspendere quoad nullitatem actus, quem facit, si attendatur, quia illa potestas, cum habeat materiam in re ipsa independentem ab Ecclesiae iurisdictione, & consensu, est potestas proxima nulli alteri subordinata; non ita potestas absolventi, quae non habet materiam independentem a consensu, & auctoritate Ecclesiae, ideo, quae suspensa manet, donec accedat Ecclesiae approbatio respectiva ad designationem subditorum, quam tribuit vel ratione muneris, & officii, ad quod aliquem assumit, ut ratione beneficii, cui annexa est animarum cura, & haec vocatur ordinaria; vel tantum delegat auctoritatem personae, quae dicitur delegata, quia non ex munere, & officio conveniens, & sic intelligitur habere auctoritatem, & iurisdictionem uno, vel altero modo Confessarius in Ecclesia, aut potestatem clavium rite, & valide exercere possit; & haec est communis doctrina Scoti, dist. 17. cit. Articuli ibidem ar. 4. Fabri d. 25. c. 3. Branc. d. 19. ar. 19. ar. 3. & aliorum.

115. Dicendum est itaque cum communiori sententia, potestatem iurisdictionis distinctam esse a potestate ordinis, tam in essentia, quam in modo, & tempore, quo confertur, nam potestas ordinis ut dictum est, datur per impressionem characteris, ideo necessario acquiritur per ordinationem Sacerdotis, & immutabilis, & indelebilis permanet. Potestas vero iurisdictionis solum moraliter datur per extrinsecam concessionem, aut alicuius Ecclesiastici muneris collationem, per quam aliquis Pastor, vel superior aliorum constituitur, alii vero eius subditi efficiuntur; ideoque haec potestas extra sacramentum ordinis datur, & immediate per hominem confertur. Est, inquam, ita dicendum, quia hic constituitur modus cum modo loquendi Conciliorum magis conformatur, & praesertim Tridentini, quod solum memorat iurisdictionem ordinariam, & delegatam quarum neutra est potestas ordinis per se sumpta. Deinde Concilia dicunt, Sacerdotem carere posse omni iurisdictione absolven-

dum, cum tamen potestatem ordinis carere non possit ratione characteris impressi. Tandem Tridentinum inquit, iurisdictionem, & subiectionem, seu subditum esse correlativum, seu itaquam relationem, & terminum, & sacerdos ex vi suae ordinationis non habere subditos; quare concludendum est iuxta modum loquendi Conciliorum id, quod Sacerdos ex vi ordinationis recipit non esse iurisdictionem proprie loquendo, sed esse veluti potestatem quandam ad sanctificandos fideles, qui in peccato existunt, quando eius subditi & subiecti ab Ecclesia declarati fuerint, quae tamen cum sit potestas remota, ut ait Doctor non potest exercere suam actum per modum iudicii, & sententiae, nisi potestatem iurisdictionis coniuncta, habeat, qua mediante reducitur ad actum, quam iurisdictionem tribuit Ecclesia, cum sacerdoti subditos assignat.

116. Ad Fundamentum oppositae sententiae negatur consequentia, cum enim penitentiae sacramentum per modum iudicii institutum, quod requiritur sententia valida non profertur, nisi ab habente iurisdictionem in subditos, quos Sacerdos non habet ex vi ordinationis, ideo verba Christi, quibus potestatem solvendi, & remittendi peccata Sacerdotibus dedit, ita sunt intelligenda ex lege Ecclesiae, ut nempe in illi id possent erga illos fideles, in quos iudicalem iurisdictionem habent, & quos subditos recognoscere, ut petit ipsa natura iudicii. Non autem sic intelligenda sunt, quia in hoc iudicio Christus ipse singulos Sacerdotes fecerit omnibus fidelibus absolute superioribus, vel fidelibus omnibus libertatem, & arbitrium reliquit eligendi sibi, quem vellet iudicem ex omni sacerdotum numero, eligi ad rectam, & necessariam fidellum gubernationem, & huius sacramenti administrationem, commisit Ecclesiae hanc determinationem subditorum, ad distributionem faciendam; Unde Ecclesia hoc faciendo nulli Sacerdoti aufert potestatem ipsi a Christo traditam, ex vi ordinationis, sed solum ponit in singulis pro opportunitate conditionem Superioritatis ad validitatem huius sacramenti requisitam iure divino, tanquam ex institutione Christi, quam ex ipsa natura iudicii. Ad Confirmandum est rursus consequentia, quam vis enim in illo sensu, qui adumitur in antecedentibus, eadem potestas ordinis dici potest etiam iurisdictionis, non tamen in sensu, quo nos hic loquimur de iurisdictione, quae importat superioritatem erga subditos, sed solum est potestas conferendi tale sacramentum, sicut & potestas consecrati, & alia sacramenta conferendi: potestas vero iurisdictionis, quam exposcit natura iudicii importat proprie loquendo superioritatem erga subditos, & haec confertur immediate ab Ecclesia, & per hominem sacerdoti, non autem a Christo, & ex vi ordinationis, & quomvis haec quoque in aliorum sacramentorum collatione requiritur, et hoc differunt tamen, quod in illis ad licitum usum tantum requiritur, in hoc vero etiam ad valorem, quae exercetur per modum iudicii. Et per hoc tandem patet ad ultimum, in hoc enim praecipue differunt sacramenta penitentiae ab aliis, quod non illa per modum iudicii exercetur, ut ait illud, & proinde ad valorem actus non exigunt iurisdictionem in ministro, & subiectionem in suscipiente, sed tantum ad licitum usum, ut supra dictum est. Leque potestas ad absolventi peccatis, quae Sacerdoti confertur ex vi ordinationis, non est ex se completa, & sufficiens ad valide absolventi, sed rati inchoata nulla subditum determinate respiciens perficitur, aut ab Ecclesia, quoad designat subditos designatione ordinaria, vel delegata.

ARTICULUS SECUNDUS.

Difficultates nonnullae contra allatam doctrinam explicantur.

117. Contra communem opinionem iam stabilitam remanent adhuc nonnullae graves difficultates diluende; Primo enim praecipuum eius fundamentum, exercetur per modum iudicii, & iudex non potest iudicare nisi subditum; cum ergo Sacerdos ex vi solius ordinis non habeat subditos, non potest ex vi illius tantum actum absolutionis exercere, sed ab Ecclesia ulterius aliam potestatem recipere debet, quae dicitur iurisdictionis; Ad hoc fundamentum parvi momenti esse videtur, quia hoc sacramentum utique per modum iudicii exercetur, & Sacerdos a Christo Domino iudex est institutus, sed est iudex arbitri de voluntate partium assumptus, ergo est in facultate penitentis sibi Sacerdotem eligere, cui confiteatur, & tunc est voluntarie fit subditus, & sic Sacerdos potest in eum sententiam dicere.

Respondetur, Sacerdotem vi ordinationis utique constitui Iudicem arbitrarium inter Deum, & peccatores, sed cum plena subordinatione ad Praesentem Ecclesiam, quod necessarium erat ad rectum ordinem Ecclesiastici regimini, atque ideo non dicitur iudex arbitrarius, quia fit in potestate penitentis cum pro libito sibi eligens, etque auctoritatem iurisdictionis supra seipsum praebet, ut fit in iudice arbitrio ex consensu partium assumptus, quia nullus Sacerdos potest penitentem absolvere, nisi ille, cui concessa est facultas, & auctoritas a Summo Pontifice Christi Vicario immediate, vel mediate; sed dicitur iudex arbitri, quia a Deo constituitur iudex, ut pro arbitrio suo recta ratione regulato causas iudicet inter Deum, & homines, cum pacto ratificandi quod ipse iudicabit, & clave non errante sententiam dabit.

118. Secundum arguitur, & est precedentis responsionis impugnatum, quod nonnullae graves difficultates diluende; Primo enim praecipuum eius fundamentum, exercetur per modum iudicii, & iudex non potest iudicare nisi subditum; cum ergo Sacerdos ex vi solius ordinis non habeat subditos, non potest ex vi illius tantum actum absolutionis exercere, sed ab Ecclesia ulterius aliam potestatem recipere debet, quae dicitur iurisdictionis; Ad hoc fundamentum parvi momenti esse videtur, quia hoc sacramentum utique per modum iudicii exercetur, & Sacerdos a Christo Domino iudex est institutus, sed est iudex arbitri de voluntate partium assumptus, ergo est in facultate penitentis sibi Sacerdotem eligere, cui confiteatur, & tunc est voluntarie fit subditus, & sic Sacerdos potest in eum sententiam dicere.

gnatio, quia si hoc iudicium sacram, non esset voluntarium, & Sacerdos ipse arbitri, voluntarie assumptus a partibus, sequeretur, Papam a nullo absolvi posse: sequela probatur, quia Papa neque subditos legibus humanis, neque ipse alteri potestatem ad seipsum absolvendum conferre potest, licet neque excommunicandum in foro exteriori; Unde nisi ipse voluntarie huic facultati, iudicio se submittat, a nullo absolvi potest, & conditio huius iudicii est, ut sit voluntarium, per spontaneam penitentis subiectionem, & sacerdos omnes accipit in ordinatione potestatem, quae possent absolvere Pontificem sine ulteriori iurisdictione.

Respondent aliqui cum Panormitano, Pontificem non teneri ad Confessionem, atque ideo opus non esse de eius Confessario disputare. Sed hoc non bene dicitur, quia praecipuum Confessionis est divinum, quo etiam Pontifex obligatur. Alii dicunt, quod quando Pontifex eligit sibi Sacerdotem in Confessione, non constituit ipsum Iudicem, neque tribuit illi auctoritatem supra seipsum, quia auctoritas iudicandi ex parte sacerdotis est ab ipso Christo, sed seipsum constituit materiam illius potestatis, quoniam Sacerdos accipit a Christo, sicut enim Pontifici committitur assignatio materiae in aliis, sic etiam in seipso, ita Becanus c. 28. q. 3. Sed plane nullum absurdum est dicere, ipse Pontifex, quando eligit sibi Confessarium, constituitur ipsum sibi Iudicem in illo foro, neque iurisdictionem tribuere in seipsum, nam absque inconveniendi in hoc facultatem fore fore facere potest et ipse, quod factus est & ipse huiusmodi sacram. capax. Non tamen huic sequitur, posse pariter alteri communicare facultatem ad ipsum excommunicandum; non enim est par ratio de foro exteriori, & interiori, conditio namque iudicis foris exteriori est sum effectum inducere etiam invito reo, at Pontifex non potest invito aliquid pati, cum sit supremus Dominus; ad clavium ordinis ponit effectum suum voluntarium tantum, nullum autem inconveniens est, Pontificem aliquid voluntarie pati pro anima salute, & ideo voluntarie potest se submittere Sacerdoti, ut ab illo iudicetur, & puniatur.

119. Tertio arguitur, quia secundum communiorum opinionem quilibet Sacerdos, esse non deputatus ad confessiones audiendas esse idoneus Minister, & habet sufficientem iurisdictionem, sive a Deo immediate, sive ab eodem penitente, qui se spontaneae illi subijcit, erga quoslibet fideles circa materiam liberam Confessionis, id est, peccata venialia, ac similiter mortalia alias rite confessis, & absolutis; ergo etiam circa mortalia nunquam confessis, & absolutis; ergo etiam circa mortalia nunquam confessis, & absolutis; confitentia probatur, quia non minus est actus iudicialis absolutio venialium, vel mortali, aliis dimissorum, quam mortali, nunquam dimissorum, quae enim per utramque fit sacram. penitentiae.

Resp. communiter negando consequentiam, & pariter, quia iurisdictione activa datur omnibus sacerdotibus vi Ordinis, applicatio autem materiae respectu mortali, fit ab Ecclesia, & respectu venialium potest fieri ab ipso penitente, cum nulli penitentis liberu est iure divino subijcere se Sacerdoti, cui culti, quoad venialia, quia sunt libera materia confessionis, nam penitentis liberum est ea subijcere clavibus Ecclesiae, vel non, atque ideo liberum est subijcere cuique iudici, qui habeat potestatem activam absolventi; non enim est ratio, cur portus hic, quam alius debeat esse iudex respectu venialium. Quod etiam deducitur ex c. Omnes vivus, quae sexus, quia ibi praecipitur, ut singuli confiteatur mortalia proprio Sacerdoti; ergo aliquem est, venialia posse confiteri alicui, & idem dicunt de mortalibus semel confessis, & absolutis, cum sit par ratio, non enim sunt necessaria materia confessionis, sed libertas Cajetanus, Medina, Suarez, Coninchus, Lugus, Aversa, Becanus, Henricus, Bonacina, & alii Recentiores, qui dicunt, antiquos Doctores supponere hanc consuetudinem Ecclesiae, quod quilibet Sacerdos in materia libera absolvi possit, & quod, quomvis hoc non sit expresse in sacris Canonibus, & Conciliis, tamen omnes intelligunt, quodcumque in iis determinatur facultas audiendi Confessiones, ad certos, ac deputatos Sacerdotes, sensum esse quoad materiam necessariam, de qua docent teneri fideles confiteri, quia licet peccata mortalia non adhuc rite confessis, Adhuc tamen adhuc quamplures istorum, hanc iurisdictionem quoque haberi ab Ecclesia immediate, & non simpliciter de iure divino, aut ab ipso penitente libere se subijcere huic, vel illi Confessario in confessione venialium, & hanc esse iurisdictionem non ordinariam, sed delegatam per universalem confessionem quoad hoc factam ab Ecclesia omnibus Sacerdotibus; nec bene dicit, Sacerdotem talem iurisdictionem recipere ab eodem penitente, ne illi subijcente independentem ab Ecclesia, certe enim hoc ministerium absque iurisdictione exerceri non potest, cum etiam super materiam liberam exercetur per modum iudicii, & haec iurisdictionem non potest ab ipso subditis tribui, qui cum non habent, sed esse solum Sacerdotis fit a penitente, iurisdictione vero, non nisi a Superioriore confertur, & ab Ecclesia; iuxta quem dicendi modum adhuc tanto minus concluditur argumentum, quia Auctores sic loquentes non concedunt, Sacerdotem simplicem ex vi ordinis habere a Deo praedationem, & iurisdictionem in fideles in materia venialium, & mortali dimisso, sed volunt, hanc haberi ab Ecclesia immediate.

120. Verum Faber noiter d. 19. cap. 3. versus finem Brancatus d. 19. ar. 3. in fine cum aliis negat, simplices Sacerdotes posse a peccatis absolvere venialibus, & mortalibus alias confessis, quia hoc etiam fieri nequit sine peculiari iurisdictione, cum etiam super materiam liberam hoc ministerium exercetur per modum iudicii; Nulli autem apparet, quod Deus in ordine det hanc iurisdictionem Sacerdoti, quoad venialia, & mortalia dimissa, quia illis verbis. *Accipite Spiritum Sanctum quoniam remisistis peccata.* & c. instituit hoc sacramentum in remedium contra peccata indilincta, nec ulla ratio expostulat, ut ibi constituitur Sacerdotes Iudices animarum cum plena potestate in causis levioribus, ut sunt peccata venialia, in causis vero gravioribus, ut sunt mortalia, cum auctoritate diminuta. Nec dici potest, quod ab Ecclesia, scilicet Concilio, vel Papa supremam auctoritatem habente concessa sit simplici Sacerdoti huiusmodi iurisdictione, & facultas quoad peccata venialia, non enim apparet, a quo Concilio, vel Papa talis concessio facta fuerit. Neque apparet, in Ecclesia tamen semper existisse consuetudinem, quae nostris temporibus nullum videmus, simplicem Sacerdotem audire confessiones etiam venialium, nisi habeat auctoritatem iurisdictionis ordinariam, vel specialiter delegatam, idque expresse deducitur ex Trident. sess. 15. c. 7. ubi ait, in Ecclesia Dei semper fuisse custoditum, ut nulla sit reservatio in articulo mortis, & nullus momenti esse absolutionem, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem, nec denique praecipuum confessionis, quod obliget solum ad confitendum peccata mortalia, recte deducitur, Sacerdotem quemlibet a venialibus absolvere posse, quia praecipuum confessionis est de illis tantum peccatis, quae separant a charitate, & damnationem aeternam inducunt, qualia sunt mortalia, de venialibus vero, quae stant cum charitate, nec damnationem inducunt, nullum extat de eorum confessione praecipuum.

121. Quarto arguitur, si praeter potestatem Ordinis in ordinatione susceptam alia requireretur potestas in Sacerdote extrinsecus addita, scilicet, iurisdictionis, sequeretur, in articulo mortis non posse quemlibet Sacerdotem absolvere penitentem, quod est falsum secundum communem omnium sensum; consequentia probatur, quia nulla necessitas mutat Ministerium a Deo institutum; ergo si Minister penitentiae institutus a Deo praeter ordinis potestatem aliam quoque requireret, v.g. iurisdictionis, Sacerdos carens ea in articulo mortis non esset verus, & proprius Minister. Contra, quia simplex Sacerdos talem auctoritatem ab Ecclesia non habet, alioquin posset Ecclesia illam revocare in ipso mortis articulo, quod est falsum; ergo talem iurisdictionem habet de iure divino, alioquin Christus non sufficienter providisset per hoc sacramentale remedium animarum salutem.

Resp. quod non mutatur Minister huius sacramenti in illo casu, quia in illo quoad est iurisdictionis, potestas quoque etiam immediate ab Ecclesia conceditur ab ipso, scilicet, Summo Pontifice, ut docet D. Bon. 4. d. 19. ar. 3. q. 1. quod expresse deducitur ex ipso Conc. verbis superius relatis, in pietatem Ecclesiae id reducere debet, dum inquit, *Prae admodum in Ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis,* & sumitur etiam ex ipsa forma reservationis casuum, quae Pontificis mortis articulum semper excipere solent, ita enim supponunt, hanc exceptionem non esse de iure divino factam a Christo, quod etiam ratio ipsa suadet, quia si Christus universali ter extra articulum mortis non assignavit materiam, seu subditos absolventes a Sacerdotibus, sed reliquit ab Ecclesia assignandam, ergo reliquit etiam in extrema necessitate, cum nullum sit testimonium, seu ratio, quare in uno casu assignaverit, non in alio; Cum ergo Christus reliquerit Eccl. assignationem, & applicationem subditorum ipsis Sacerdotibus, ut supra dictum est, nulli est sufficiens fundamentum ad hunc casum excipiendum, & hanc D. Bonav. doctrinam sequuntur Suarez, Vasquez, Lugus, Coninch, Becanus, Capensis, Aversa, & alii Recentiores passim.

Ad Confirmationem negatur assumptum, quia licet talis auctoritas possit ab ipso Pontifice revocari etiam in mortis articulo, tamen ex peculiari assensu Spiritus sancti in Summo Pontifice dirigendo quoad rectam Ecclesiae gubernationem, & animarum salutem procurandam, timendum non est, unquam fore tollendam, vel minuendam, sicut semper ab initio data fuit, & absque ulla variatione omni tempore conservata, esse enim intollerabilis error, quem Deus in sua Ecclesia nunquam permittit, & hoc peccatum Christi huic sufficiens providit, & in posterum etiam indefinenter providebit animarum salutem; Verum in hoc puncto tria occurrunt dubia, circa quorum resolutionem Recentiores plura dicunt, nos autem breviter ea expediemus, quia res est penitus moralis.

122. Primum dubium est, an quilibet Sacerdos possit absolvere a peccatis non tantum in articulo mortis, sed etiam in tali necessitate, quae licet non sit ita extrema, qualis est in periculo mortis.

120. Verum Faber noiter d. 19. cap. 3. versus finem Brancatus d. 19. ar. 3. in fine cum aliis negat, simplices Sacerdotes posse a peccatis absolvere venialibus, & mortalibus alias confessis, quia hoc etiam fieri nequit sine peculiari iurisdictione, cum etiam super materiam liberam hoc ministerium exercetur per modum iudicii; Nulli autem apparet, quod Deus in ordine det hanc iurisdictionem Sacerdoti, quoad venialia, & mortalia dimissa, quia illis verbis. *Accipite Spiritum Sanctum quoniam remisistis peccata.* & c. instituit hoc sacramentum in remedium contra peccata indilincta, nec ulla ratio expostulat, ut ibi constituitur Sacerdotes Iudices animarum cum plena potestate in causis levioribus, ut sunt peccata venialia, in causis vero gravioribus, ut sunt mortalia, cum auctoritate diminuta. Nec dici potest, quod ab Ecclesia, scilicet Concilio, vel Papa supremam auctoritatem habente concessa sit simplici Sacerdoti huiusmodi iurisdictione, & facultas quoad peccata venialia, non enim apparet, a quo Concilio, vel Papa talis concessio facta fuerit. Neque apparet, in Ecclesia tamen semper existisse consuetudinem, quae nostris temporibus nullum videmus, simplicem Sacerdotem audire confessiones etiam venialium, nisi habeat auctoritatem iurisdictionis ordinariam, vel specialiter delegatam, idque expresse deducitur ex Trident. sess. 15. c. 7. ubi ait, in Ecclesia Dei semper fuisse custoditum, ut nulla sit reservatio in articulo mortis, & nullus momenti esse absolutionem, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem, nec denique praecipuum confessionis, quod obliget solum ad confitendum peccata mortalia, recte deducitur, Sacerdotem quemlibet a venialibus absolvere posse, quia praecipuum confessionis est de illis tantum peccatis, quae separant a charitate, & damnationem aeternam inducunt, qualia sunt mortalia, de venialibus vero, quae stant cum charitate, nec damnationem inducunt, nullum extat de eorum confessione praecipuum.

121. Quarto arguitur, si praeter potestatem Ordinis in ordinatione susceptam alia requireretur potestas in Sacerdote extrinsecus addita, scilicet, iurisdictionis, sequeretur, in articulo mortis non posse quemlibet Sacerdotem absolvere penitentem, quod est falsum secundum communem omnium sensum; consequentia probatur, quia nulla necessitas mutat Ministerium a Deo institutum; ergo si Minister penitentiae institutus a Deo praeter ordinis potestatem aliam quoque requireret, v.g. iurisdictionis, Sacerdos carens ea in articulo mortis non esset verus, & proprius Minister. Contra, quia simplex Sacerdos talem auctoritatem ab Ecclesia non habet, alioquin posset Ecclesia illam revocare in ipso mortis articulo, quod est falsum; ergo talem iurisdictionem habet de iure divino, alioquin Christus non sufficienter providisset per hoc sacramentale remedium animarum salutem.

Resp. quod non mutatur Minister huius sacramenti in illo casu, quia in illo quoad est iurisdictionis, potestas quoque etiam immediate ab Ecclesia conceditur ab ipso, scilicet, Summo Pontifice, ut docet D. Bon. 4. d. 19. ar. 3. q. 1. quod expresse deducitur ex ipso Conc. verbis superius relatis, in pietatem Ecclesiae id reducere debet, dum inquit, *Prae admodum in Ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis,* & sumitur etiam ex ipsa forma reservationis casuum, quae Pontificis mortis articulum semper excipere solent, ita enim supponunt, hanc exceptionem non esse de iure divino factam a Christo, quod etiam ratio ipsa suadet, quia si Christus universali ter extra articulum mortis non assignavit materiam, seu subditos absolventes a Sacerdotibus, sed reliquit ab Ecclesia assignandam, ergo reliquit etiam in extrema necessitate, cum nullum sit testimonium, seu ratio, quare in uno casu assignaverit, non in alio; Cum ergo Christus reliquerit Eccl. assignationem, & applicationem subditorum ipsis Sacerdotibus, ut supra dictum est, nulli est sufficiens fundamentum ad hunc casum excipiendum, & hanc D. Bonav. doctrinam sequuntur Suarez, Vasquez, Lugus, Coninch, Becanus, Capensis, Aversa, & alii Recentiores passim.

Ad Confirmationem negatur assumptum, quia licet talis auctoritas possit ab ipso Pontifice revocari etiam in mortis articulo, tamen ex peculiari assensu Spiritus sancti in Summo Pontifice dirigendo quoad rectam Ecclesiae gubernationem, & animarum salutem procurandam, timendum non est, unquam fore tollendam, vel minuendam, sicut semper ab initio data fuit, & absque ulla variatione omni tempore conservata, esse enim intollerabilis error, quem Deus in sua Ecclesia nunquam permittit, & hoc peccatum Christi huic sufficiens providit, & in posterum etiam indefinenter providebit animarum salutem; Verum in hoc puncto tria occurrunt dubia, circa quorum resolutionem Recentiores plura dicunt, nos autem breviter ea expediemus, quia res est penitus moralis.

122. Primum dubium est, an quilibet Sacerdos possit absolvere a peccatis non tantum in articulo mortis, sed etiam in tali necessitate, quae licet non sit ita extrema, qualis est in periculo mortis.

123. Secundum dubium est, an quilibet Sacerdos possit absolvere a peccatis non tantum in articulo mortis, sed etiam in tali necessitate, quae licet non sit ita extrema, qualis est in periculo mortis.

124. Tertium dubium est, an quilibet Sacerdos possit absolvere a peccatis non tantum in articulo mortis, sed etiam in tali necessitate, quae licet non sit ita extrema, qualis est in periculo mortis.

